perſona, nempe ſi ſit alias conuictus de ſimili exportatione præſumitur, & nunc exportare: idem ex qualitate rerum, quas reperitur exportare, vt in exemplo poſito, n. 15. idem ex modo deferendi, vt puta cum ſociis armatis, &c. vt in num. 16.

17 *Reperti in via exportare res vetitas, iure communi pœna arbitraria ſunt puniendi, & quomodo intelligatur, num. 24.*

18 *Iudices condemnantes repertes in via extrahere res prohibitas, ne ſi eas exportaſſent, quid obſeruare debeant.*

19 *Aptantes ſalmas ad aſportandum frumentum, ſi nondũ aſportare cœperunt, non puniuntur: idem quando præparauerunt frumentum, in domo ipſum occultãdo, vel in aliquo alio loco occulto, vt poſſint poſtea exportare.*

21 *Repertus extrahere res prohibitas intra duas leucas huius Regni, pœna ordinaria puniri poteſt, ſi non probauerit legitimam defenſionem, vt hic.*

22 *Repertus in via extrahere res prohibitas, an iure regio poſſit condemnari pœna ordinaria? & numeris ſequẽt. præcipue, n. 23. 25. 26. 27. 28. & ſeqq. & quid ſtante duas leucas alterius Regni reperiatur? n. 23.*

24 *Præſumtiones legum ſunt legitimæ probationes.*

25 *Repertus cum rebus vetitis intra duodecim leucas a finibus Regni, vel territorij, pœna ordinaria condemnari poteſt, dum tamẽ conſtet clare eas deferre extra Regnum, vnde ſi ipſe deferens hoc confiteretur, ſufficeret, vt in nu. 26. ſecus ſi hæc confeſſio clara non eſſet, ſed obſcura, aut qualificata, vt in num. 27.*

28 *Repertus cum rebus vetitis, eas aſportans per loca deuia, deſerta, & vias extraneas, atq; inuſitatas in aliud Regnum, etiam ante duas leucas, præſumitur ſufficienter eas extra Regnum exportare, ac proinde de iure communi, & Regio pœna ordinaria cõdemnari poteſt: ampliatur n. 29. & an tunc probatione bonæ famæ aliquid releuetur ibi, & nu. 30. vide etiam n. 38.*

31 *Tranſiens via indirecta, & non ſolita ſe occultans, vt non ſoluat, & defraudet iuſtum tributum, vel portagium, peccat, & tenetur ad reſtitutionem.*

32 *Equum, vel alias res prohibitas transferens in aliud regnum ſine expreſſa licentia Regis, peccat mortaliter, non tamen tenetur ad pœnam ante iudicis condemnationem.*

34 *Pœna mortis contra extrahentes res vetitas in aliud regnum impoſita non habet locum, niſi ipſis cum effectu extractis: imo etiam hoc facto non ſeruatur: non enim imponitur pœna mortis in his regnis in hac ſpecie.*

35 *Repertus in via extrahens res vetitas, an audiatur, dicens ſe pœnituiſſe, propoſitumq; mutaſſe.*

36 *Extrahens cum effectu res vetitas non repertus cum eis, an poſtea poſſit denuntiari, & teſtibus contra eum procedi: & nu. 37.*

37 *Inuentus non dicitur, niſi, qui apprehenſus fuit perſonaliter.*

In l. 1. 12. 26. & 27. 40 47. 48. 50. & 51. tit. 18. De las coſas prohibidas ſacar del Reyno lib. 6. nouæ collect. Reg.

QVAESTIO XXXVII.

QVæro primo circa, l. 1. *huius tit. 18.* prohibentem extrahere a Regno, *Oro, plata, vellon en paſta, ni baxilla, ni moneda otra alguna*, & circa l. 12. huius tituli, *que prohibe ſacar deſtos Reynos cauallos, rocines, y eguas, mulos, y mulas de ſilla, o albarda, o muletos, y muletas grandes, o pequennas, aſſi de freno, como de albarda, y cerriles*, & circa l. 26. & 27. *que prohibe ſacar pan, y legumbres, y ganados*, & alias res de quibus in l. 40. *cueros, y obras hechas, cordouanes, ni vadanas curtidas, ni por curtir, ni corambre a pelo, curtida, o no curtida, ni en otra manera, de cieruos, ni corcos, ni gamos, ni ſe pueda vender a otro para lo ſacar, ni lleuar fuera deſtos Reynos*, vt in l. 47. *ni ningun genero de armas, ni aparejo con que ſe pueda hazer guerra, ni yerua de valleſteros, ni lino, ni cannamo con que ſe puedan hazer cuerdas, ni haſtas con hierros, ni ſin ellos, ni ſillas, ni frenos*, vt in l. 48. *ni ſeda floxa, ni torcida, ni texida* vt in l. 50. *ni venas de hierro ni azero*, vt in l. 51. ſub grauib. pœnis contentis in dictis ll. huius tit. 18. lib. 6. nou. coll. Reg.

1 *An repertus in via, cum auro, argento, frumento, equis, vel aliis rebus extrahi ab his Regnis prohibitis iuſte poſſit earum pœnis reſpectiue puniri?* In hac quæſtione plura dicta ſunt ab ſcribentibus, quæ omnia, ſi referenda eſſent, forſan confuſionem, & faſtidium cauſſarent abſq; aliqua vtilitate. Quare morem ſolitum ſeruando, expeditiora adducamus, cetera conſulto omittens, vt clare, & reſolute atque vtiliter in praxi procedamus. † Cæpolla *in l. ſi fugitiui, num. 66. cum ſeqq. C. de ſeruis fugit.* tres caſus diſtinguit, nempe quando conſtat, quod portantes capti non habebant animum portandi frumentum extra diſtrictum. Secundo quando conſtat, quod habebant animum portandi extra diſtrictum. Tertio, quando ſumus in dubio. In primo caſu tenet indiſtincte, quod ſint abſoluendi, in ſecundo caſu ſubdiſtinguit, quibus verbis loquatur ſtatutum: nam ſi loquitur per verba præteriti temporis ſignificantia, actum ex toto perfectum, videlicet, ſi quis extraxerit frumentum, & tunc pœna limitata ab ſtatuto non punietur, ſed extra ordinem arbitrio iudicis. Aut ſtatutum loquitur per verba præteriti temporis, quæ non ſignificant de neceſſitate actum ex toto perfectum, puta, ſi quis portauerit, & tunc punitur pœna ſtatuti; aut ſtatutum loquitur per verba, quæ poſſunt ſignificare vtrumq; tempus, ſcilicet, tam præteritum perfectum quam imperfectum, vt ſi quis extraheret, &c. Et tunc debẽt puniri pœna ſtatuti. In tertio caſu principali, ſcilicet, quãdo ſum⁹ in dubio, & tunc diſtinguit: aut non poteſt apparere coniecturis, quod habuerint animum portandi extra territorium, & tunc non poſſunt puniri pœna ſtatuti: aut poteſt apparere ex coniecturis, quod volebant portare extra territorium, & tunc diſtinguit, vt in ſecundo caſu proxime præcedenti; Et Cæpollam in hoc articulo ſequuntur Doctores, ſecund. Caſtill. de Bobadilla *lib. 4. de la politica de Corregidores, cap. 5. num. 14.* vbi aliquos refert, & *numer. 16.* inquit prædictam diſtinctionem Cæpollæ eſſe communiter receptam.

3 Ripa † *in tractatu de remediis ad conſeruandam vbert. n. 71. cum plurib. ſequentibus* hanc quæſtionem melius, & copioſius ceteris examinat, eamque duo capita habere dicit. Primum, quando conſtat, quod repertus in via, ibat exportare. Secũdum, quando dubitatur. Circa primum adducit fundamenta pro, & contra, & diſtinctionem quandam communem, quam improbat, refert, & tandem aliter diſtinguit: circa ſecundum etiam diſtinguit, vt ſi nulla adſit coniectura, ex qua præſumi poſſit, quod voluerit exportare a Regno, abſoluendus ſit: ſi vero ſubſint aliquæ coniecturæ probabiles, quibus præſumi poſſit, quod velit tranſportare extra territorium, arbitrio iudicis ſit puniendus; & tandem ponit quinq; coniecturas, quibus præſumi poſſit extractio; & prædi. diſtinctionem communem Ripæ, quæ prius fuit Cæpollæ *vbi ſupra*, refert etiam tanquam communem Clarus, *in pract. crim. §. fin. q. 82. ſtatuto. 7. n. 8.* & Auiles, *ca. 52. Præt. n. 21. cum ſeqq.* Mexia *in pragm. taxæ panis, concl. 1. n. 26.* Azeued. *hic n. 13.* Maſcard. *de probatio. concl. 834. verſ. gabella, n. 28.* & Caſti. Bobadill. *vbi ſupra.*

4 Ego † vero circa vnum tantum punctum exiſtimo verſari noſtram quæſtionem, nempe quando dubitatur, an repertus in via cum rebus, & mercibus exportari prohibitis, volebat eas aſportare; quia ſi conſtat id velle, vt quia repertus fuit in via, continuando iter in exportando, & confitetur, quod exportabat, & ita faceret, niſi fuiſſet prohibitus, & captus, tunc nulli dubium, quin puniendus ſit pœna ſtatuti, vel legis, *ſecund. Albert. de Roſat. in l. ſi fugitiui. C. de ſeru. fug.* & Ioan. Bertachin. *de gabellis, quæſtione 14. vlt. partis, verſic. circa prædicta,* quos refert, & ſequitur Ripa *vbi ſupra, numer. 75.* & Auiles, *cap. 52. Præt. in glo. en la tierra, numer. 22. circa fin. verſ. ſed ſi repertus*, quod probo, non facta tunc diſtinctione communi, de qua ſtatim agemus; quidquid aliud velit Cæpolla, *in dict. l. fugitiui, nu. 66. cum ſeqq.* & cum eo Mexia *in pragma. taxæ panis, concluſ. 1. n. 26.* quia quando conſtat prædicto modo de veritate, & non ſtetit per extrahentem, alio opus minime eſt: ſi vero pars non fatetur, ſed præſumtio eſt contra eum, tunc iam non eſt certum, neq; conſtat, ſed dubitatur, an vellet extrahere, & ideo caſus hic continetur ſub ſecundo capite Ripæ, qui eſt hic examinandus: in eo namq; tantum verſatur difficultas: ideoq; prius diſſeram, quid in eo tenendum ſit de iure communi: deinde quid iure Regio, & in praxi obſeruari debeat.

Quoad primum (hoc eſt iure communi) diſtinctio prima communis, quam refert Ripa *vbi ſupra, num. 73. cum ſeqq.* eſt quod aut ſtatutum loquitur per verba præteriti temporis perfecti, ſeu pluſquamperfecti, nempe ſi quis exportauerit, vel extraxerit, & tunc repertus in via non poteſt puniri pœna ſtatuti quia prædicta verba requirunt actum conſummatum, *l. 1. §. hæc verba ff. quod quiſque iur.* Repertus autem in via non dicitur exportaſſe; aut ſtatutum loquitur per verbum futuri indicatiui, puta ſi quis exportabit, quod rem cœptam ſignificat, *l. cum fidei, & l. qui teſtamento ff. de fide commiſſ. libert. Bart. & modern. in l. filius fam. col. 2. & 5. ff. de leg. 1.* vel per verbum præſentis temporis ſubiunctiui, vt ſi quis exportauerit, &c. (debet dicere *extraheret*, &c.) & in his caſibus repertus in via, deberet puniri pœna ſtatuti. Hanc ſententiam communem ſequi videtur cum aliis Auiles, *cap. 52. Præt. in gloſſ. en la tierra, num. 22.* addit tamen in verſi. *tamen eſt notandum*, quod in hoc caſu eſt minor pœna imponenda, arbitraria, videlicet, dimidia pœna eius, quæ ab ſtatuto eſt impoſita pro actu conſummato, ſecund. Specul. & Bald. quos refert, Ille enim in titulo *de conſtitutio. §. 1. verſi. pone ergo ſtatutum, numer. 8. in fin.* dicit, quod pœna debet mitigari, vt ſi ſit pœna dupli, ſimplum amittat; ſi ſimpli, tunc medietatem; quod etiam ſequuntur Salycet. & Bertachi. allegati per Auiles *vbi ſupra*, necnon & Ripa *vbi ſupra, nu. 75. verſi. poteſt tamen, & n. 76. in prin.*

Sed de prædicta diſtinctione valde dubitat ibi Ripa *d. n. 75.* quia videtur, quod non ſeruatur de conſuetudine: ſed omnes reperti in via, eadem pœna puniuntur, ac ſi exportaſſent; quia cenſentur delictum conſummaſſe, cum per ipſos non ſteterit, quominus conſummauerint, vnde videntur puniendi, ſicut is; qui incoauit facere falſam monetam; Iulio etiam Claro, nunquã placuit prædicta diſtinctio communis, vt ipſe atteſtatur *in ſua pract. crimin. §. fin. q. 82. ſtatuto. 7. verſ. pone quod ille:* nunquam enim poſſent tales delinquentes in fragranti crimine deprehendi, ſi antequam exirent, inuenti non punirentur, cum certum ſit, quod poſt quam exierunt, non poſſent officiales; illos extra territorium perſequi, neque comprehendere, & ideo inquit, quod apud illum indiſtincte ſeruatur; quod deprehenſi in itinere, conſtito quod vellent illud exportare extra territorium, perinde puniuntur, ac ſi exportarent.

5 Quare † ex dictis per Ripam *vbi ſupra, dict. n. 75. 76. & 77.* alia & ſecunda diſtinctio colligitur, quæ eſt huiuſmodi, quod ſi repertus in via cum frumento aſſerat, ſe illud portare ad molendinum, vel caſſinam ſuam pro ſeminando, & nulla ſit coniectura, ex qua præſumi poſſit, quod voluerit portare extra territorium, abſoluendus eſt, quia in dubio promtiores eſſe debemus ad abſoluendum quam ad condemnandum, *l. abſentem. ff. de pœn. & l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.* præmaxime ſi molendinum, vel caſſina eſſent vicina, *l. Pedius §. per vl. ff. de incend. rui. & naufrag.* & ſi reperitur in loco non ſuſpecto, ſtandum eſt iuramento ipſius reperti, ſecund. Bal. quem ibi refert; vbi vero ſunt aliquæ coniecturæ probabiles, quibus præſumi poſſit, quod vellet tranſportare extra territorium, arbitrio iudicis erit puniendus: ſi vero repertus in via ſponte iam retrocedebat, quando fuit repertus, tunc nullo modo punitur, *ſecundo Imol. in c. 2. ad fin. de conſtitutio. Bart. in l. qui falſam. C. de falſ.* aut repertus fuit in via continuando iter in exportando, & tunc aut captus in via confitetur, quod exportaſſet, niſi fuiſſet prohibitus, & tunc puniendus eſt pœna ſtatuti, *ſecund. Albert. de Roſat. in dict. l. ſi fugitiui, & Bertachin. de gabellis, q. 14. vltim. part. in verſ. circa prædicta*: aut non confitetur, licet præſumtio ſit contra eum, & tunc non venit pœna ſtatutaria puniendus, quia poterat pœnitere, antequam perfecte exportaſſet, & quod in iſtis terminis procedit opinio communis, & inſuper addit, poſſe etiam iſto caſu alia pœna mitiori arbitrio iudicis caſtigari, *ſecund. Vbert. de Boba.* quem refert; & ſequitur Albertus Gandin. *in rub. de rebus non portand. contra deuent. num. 6.* per text. cum glo. *in dict. l. fugitiui*, dicens, quod ſi pœna ſtatuti eſſet amiſſio bladi, & decem libratum, altera iſto caſu ſufficiet, quia non eſt ſine crimine, qui incipit delinquere, licet non perfecerit, *l. 1. §. fin. de extra ord. crim.* ſequuntur Specula. Salycet. & Cæpol. quos ibi ad hoc refert.

Quæ autem, & quales coniecturæ ſufficientes ſint ad prædictam præſumtionem inducendam, prudens iudex examinabit, quarum plures congerit Rip. *vbi ſupra, n. 59. cum ſeqq.* eamq; ſummarie referemus hic, vt facile dignoſci poſſint.

Prima † coniectura eſt, atque colligitur ex loco, in 6
quo quis repertus fuit cum frumento, aliis ve mercibus exportari prohibitis: repertus enim ire per deuia, & extra vias viſitatas præſumitur exportare contra decentum, *l. ſi quis per publicum. C. de curſu pub. lib. 12. & ibi notat Bart. idem Bart. in l. 2. C. eod. tit.* † Sic etiam præſu 7
mitur contra eum, qui egreditur, vel ingreditur aliter, quam per portas *l. fin. ff. de rerum diuiſione*, comprobat late Ripa *vbi ſupra, vſque ad num. 87.* excluſiue, & Auiles, *dict. c. 52. in glo. en la tierra, ſub numer. 22.* vbi refert hoc intelligere Bertachin. ſi ſtatutum dicat de extrahente, ita quod loquatur per verbum præſentis temporis, vel præteriti imperfecti, vt dictum eſt: ſecus ſi per verba præteriti perfecti, puta *extraxerit*, quia tunc requiritur actus perfectus, & conſummatus, *ſecund. Bald. & alios, quos refert*, Et quod in hoc caſu minor pœna eſt imponenda, ſcilicet arbitraria, videlicet dimidia pœna eius, quæ ab ſtatuto ſit impoſita pro actu conſummato, vt *ſupra etiam diximus.*

Obſeruandum † tamen eſt hanc primam coniectu 8
ram procedere, quando via recta eſt ſecura: alias namq; ſi eſſet aquis inundata, vel ab hoſtibus occupata, excuſatur, qui vadit per viam inuſitatam, & indirectam, & ceſſat ſuſpicio contra eum, *argum. l. 2. §. ſi quis tamen ff. ſi quis cautio. l. imo ff. de liber. cauſſ. & ita dixit glo. in l. eos §. fin. ff. de falſ.* eſt enim ſecurior via eligenda *ſecund. Bart. in l. continuus. §. cum ita, in fin. ff. de verb. obli.* & ſic terreſtris, quia eſt tutior, amplectenda quam naualis *ſecund. Ioann. Andr. in cap. olim. 1. de exception. Imola in dict. §. cum ita*: Hanc obſeruationem poſt alios ſequitur Cæpolla. *nu. 68. & Rip. vbi ſupra num. 87. cum ſeqq.* & Auiles *vbi ſupra, ſub dict. numer. 22. & num. 24.* & Azeued, *in pragmat. ſub numer. 13.* & Caſtill. Bobadi. *late vbi ſupr. numer. 15.*

Si † ergo aliquis reperiatur cum frumento in confi 9
nibus territorii, per cuſtodes deuenti, præſumitur quod velit exportare *ſecund. Bald. in dict. l. ſi fugitiui, & Fibrum.*

in l. arboribus. §. idem tractat. ff. & vſufruct. Rip. vbi ſupra,
10 *num. 90. & Auiles etiam vbi ſupra, num. 23.* † Vbi idem ſi reperiatur in confinibus illius ciuitatis, vt vix ipſum negare ſufficiat *vt in l. qui ſententiam. ff. de pœnis*, & quod iudex de hoc cognoſcens, debet circumſpicere qualitatem perſonæ, & attenta illa, vel quod molendinum, ad quod dicit ire, ſit vicinum, vel non debeat iudicare, & conſtat ex dictione Cæpol. *vbi ſupra*, & ex Bobadill. *dict. num 14.*

11 Secundo, † obſeruandum, erit quod ſi quis cum rebus prohibitis reperiatur in cabanna, ſeu tugurio, ibi moram forte trahens, vel propter pluuiam, vel ad dandum, vel præbendum pabulum equis, & afferat, ſe ipſum pœnituiſſe, & velle transferre ad domum res ipſas ad euadendum pœnam, poterit nihilominus arbitrio iudicis puniri *ſecund. Ioannem Andr. in addit. ad Specul. tit. de conſtitu. §. 1. & Bertachin. de gabellis. q. 14. vlt. part. quos refert, & ſequitur Rip. vbi ſupr. numer. 92. & Auiles, num. 21.*

12 Secunda † coniectura elici poteſt ex verbis antea prolatis per exportantem, puta ſi probetur, quod prius dixerit, velle extrahere frumentum: nam ſi poſtea reperiatur in actu exportationis, non præſumitur mutata voluntas, *l. cum actum. ff. de probatio.* imo præſumitur, quod velit propoſitum exſequi, quia nemo præſumitur dixiſſe, quod facere non propoſuit, *l. Lab. ff. de ſupellect. leg.* ita decidit in propoſito Bald. *in dict. l. ſi fugitiui, Florian, in d. §. idem tractat. Bertachin. in 13. q. vltim. part. in verſicu.* & ſubdit Salyc. quos ad hoc refert, & ſequitur Rip. *vbi ſupra*, & conſtat ex diſtinctione Cæpol. *vbi ſu-*
13 *pra*, & Bobadill. *dict. num. 14.* † addit Rip. idem eſſe ex verbis prolatis per deprehenſum in actu apprehenſionis, puta, ſi dixerit, ſe deferre illud frumentum ad domum, ſeu caſſinam alicuius vicini, & ille neget, quia tunc ratione mendacij conuincitur, *ſecund. Salyc. in l. 3. C. de nauti. fœnore*, hanc ſecundam coniecturam ſequitur etiam Auiles *vbi ſupr. ſub d. n. 22.*

14 Tertia † coniectura ſumitur ex qualitate perſonæ deferentis, puta, ſi fuit alius conuictus de ſimili exportatione, arg. *l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re milit. ita Rip vbi ſupr. n. 96. & late Boba. vbi ſupr. n. 15.*

15 Quarta † coniectura elicitur ex qualitate, & quantitate rerum, quas reperitur exportare, *arg. l. quæro. §. ſi. ff. de adili. edic.* Quid enim ſi pauper reperiatur in via cum decem, aut viginti equis oneratis frumento, & dicat, ſe velle ire ad molendinum, certe hoc non eſt præſumendum, nec eſt veriſimile, cum pauper ruſticus non egeat tanta, nec tali farina *ita Rip. vbi ſupr. num. 97. vbi nu. 98.* quod ſolent ruſtici comedere panem ex hordeo, fabis, milica, milio, & ſimilibus confectum, & non ex puro frumento *ſecund glo. in l. ſeruis vrbanis, ff. de leg. 3. & Felin. in cap. cum omnes, colu. 17. de conſtitut.* prædictam etiam coniecturam refert Bobadill. *dict. n. 15.*

16 Quinta † coniectura colligitur ex modo, & ordine deferendi: nam ſi quis reperiatur cum ſociis armatis, exportare res prohibitas, & dicat ire ad caſſinam, vel molendinum, certe quia arma aſſumſit, præſumitur deferre animo reſiſtendi contra cuſtodes deuenti, quo caſu vellent eum capere, vt probat Rip. *vbi ſupr. nu. 99. cum ſeqq.* vbi *num. 101.* quod maxime contra ruſticos vrget hæc præſumtio, quia ipſi omnino prohibentur arma deferre, *vt in §. ſi quis ruſticus, in tit. de pace tenenda in vſibus feud. ſequitur Bobad. vbi ſupr.*

17 Et † prædicta ſecunda diſtinctio Rip. cum ſuis coniecturis, ad pœnam quidem arbitrariam imponendam, iure communi verior meo iudicio, ac ſecurior, & benignior proculdubio eſt (quidquid alii iudices cupidi indiſtincte obſeruent) quod Iuli. Clar. aſſerebat obſeruari apud ſuos, quod deprehenſi in itinere, portantes vetita
18 extrahi, perinde puniantur, ac ſi exportaſſent. † Hi autem iudices, ſi niſi fuerint hac praxi illius regionis, obſeruent quoque, quod ibi requiritur ad hoc, nempe quod conſtet prius, quod vellent illud exportare extra territorium, vt inquit ipſemet Clarus; quinimo, & tunc non eadem pœna, ſed mitiori arbitraria eos puniant, quando quidem reuera extra territorium non extraxerint, licet alias, ſi reperti, & capti non fuiſſent, exportarent: quia adhuc reuera multũ intereſt inter exportationẽ cum effectu, & exportationis nondum cõſummatũ, præcipue cum iudicetur in hac ſpecie ex præſumtionibus, & coniecturis, & Doctores noſtri in his terminis in indiuiduo minorem pœnam, quã ab ſtatuto impoſitam, arbitrio prudentis iudicis eſſe infligendam, doceant, nempe dimidiam: quod ſi ſic reperti veritatem clare, atque ingenue coram ſe fateantur, nempe ſe ea vetita exportare extra territorium, vel Regnum, & quod eum effectu, atque reipſa exportaſſent, niſi in itinere fuiſſent capti, & deprehenſi, tunc quidem quia de ipſo actu deportationis ſimul & de veritate conſtat, pœna ſtatuti locum habet; Et hæc diſtinctio de iure communi mihi magis placet, cum qua in pleriſq; concordat Cæpol. in *l. ſi fugitiui, num. 66. cum ſeqq. C. de ſeruis fug.* † Vbi *num. 70.* tenet, quod ſi nondum cœperunt portare frumentum, ſed fecerunt aptare ſalmas ad por- 19
tandum frumentum, non puniuntur, & *num. 71.* idem probat, quando præparauerunt frumentum in domo, ipſum occultando, vel in aliquo alio loco occulto, vt poſſint poſtea portare. † Intelligit tamen prædictam di- 20
ſtinctionem Ripæ Bobadilla *vbi ſupr. num. 17.* quando contra reum non eſſet ſufficiens probatio, ſed indicia, & præſumtio ſola apprehenſionis in actu exportationis, vel occultationis ad exportandum: nam ſi in hac ſpecie reus probaret, quod deferebat ad molendinum, vel ad aliam licitam partem, ad quam iri poteſt eo itinere, quamuis ſtet præſumtio contra eum, ex eo quod reperitur ire per iter inuſitatum, & occultum, vel alia indicia adſint contra eum, non ex eo ſolum pœna ordinaria imponi ei debet, ſed minor, aut nulla iuxta merita cauſſæ arbitrio iudicis ſecund. Bald. *in d. leg. ſi fugitiui, num 5.*

Pero † en el caſo de la l. 43. y 48. titul. 18. hoc lib. 6. *Puedeſe darle pena ordinaria, que es, quando ſacan las coſas vedadas, y ſe halla que las ſacan dentro de vna, o dos leguas de nueſtros Reynos, &c. porque en eſte caſo, por ſer hallado el ſacador tan adelante, y cerca del fin del termino, aora vaya camino derecho, o torcido, no prouando legitima defenſa de las que adelante ſe diran, o tra aprouada por los Doctores podra ſer condenado, y lo miſmo es, ſegun la dicha ley 48. quando no tan cerca de la raya, ſino dentro de las doze leguas della, es aprendido el ſacador, con certeza de que ſaca armas, o aparejos de guerra*, vt patet ex illa l. ibi: *Que clara y conocidamente ſe ſepa, que lo lleuan, o tienen para lleuar, y aguardã tiempo de lo hazer a ſu ſaluo, que le ſea tomado por perdido, y caſtigado conforme a lo ſuſo dicho, que ſegun Caſtillo vbi ſupra, es dezir, que caſi no lo pueda negar el delinquente: y aſſi preſuponen prouança regular, e indubitabile del delito, ſegun la ſujeta materia, y aliende de la preſumpcion de culpa, que ſe induze y arguye de hallar al delinquente con las coſas vedadas en el tranſito, y paſſo del diſtrito.* 21

Quoad † ſecundum, hoc eſt iure Regio, noſtra quæſtio videtur deciſa, per *dict. l. 43. titul. 18.* ex qua probatur, quod ſi per vnam, vel duas leucas, quis deprehenditur, iuxta aliud territorium, præſumitur extrahere, *teſte Auileſio vbi ſupra, nu. 23.* Sed vt perpendit Azeued. *in præſenti, nu. 14* hæc l. 43. ſolum videtur loqui ad hoc, vt quilibet propria auctoritate tales res poſſit capere, non vero ad definiendum noſtram quæſtionem, nempe, quod ſi quis reperiatur intra duas leucas a fine huius Regni cum rebus vetitis, præſumatur extrahere: Remanere 22

re ergo videtur omiſſa noſtra quæſtio a lege illa: nihilominus tamen vehementiſſima præſumtio eſt extractionis, atque liquidiſſima eius probatio, ſi quidem lex in ea ſpecie non ex alio permittit cuilibet, vt poſſit capere propria auctoritate tales res, niſi quia ſunt perditæ ratione extractionis, quæ ſatis probata videtur, ex quo intra duas leucas a finibus Regni, quis reperitur eas exportare. Ceterum ſi quis repertus ſit cum rebus extrahi prohibitis ante duas, vel plures leucas alterius Regni, in itinere tamen ipſo ad portandum, vel eundũ ad aliud Regnum, an tunc probetur extractio, ab aliis legib. deciſio noſtræ quæſtionis quærenda eſt, tamen ſi intra duas leucas a finibus horum Regnorum, bene probet lex illa præſumtionem extractionis, *vt prædiximus, & infra, quoq; dicemus.*

Quare Mexia *in pragmatica taxa panis, concl. 1. nu. 26.* prout eum refert Azeued, *in præſenti, num. 13.* voluit intelligere, & declarare noſtram hanc, l. & ſimiles, iuxta diſtinctionem communiter a Doctoribus approbatã, quam ſupra primo loco retulimus ex Ripa dum dicit, ſic eſſe intelligendam Regiam *l. 42. tit. 9. lib. 6. ord.* quæ hodie eſt dict. *l. 43. infra hoc tit.* Verum præfata diſtinctio confundi videtur ex hac noſtra l. 1. dum dicit, *No ſean oſados de ſacar, ni ſaquen*; his enim verbis videtur, lex non eſſe contenta prohibendo extrahi, & ſic per verba futuri temporis, ſed requirere ſimul extractionem conſummatam, & ſic cum effectu, dum ſtatim addit, *ni ſaquen*; deniq; in impoſitione pœnarum, quamuis tantum repetatur verbum futuri temporis, *ſi ſacaren.* Hoc tamẽ verbo idem lex intelligere videtur, quod prius intellexerat illis verbis, *de ſacar, ni ſaquen*; quaſi vtrumq; comprehendat: ruſſus in aliis legibus huius tituli frequẽtius reperitur verbum futuri temporis, *ſi ſacare*, præter quã *in l. 27.* vbi dicitur, ſicut in principio noſtræ l. 1. *No ſean oſados a ſacar, ni ſaquen pan por mar ni por tierra ganados mayores, ni menores fuera de nueſtros Reynos*, & poſtea in impoſitione pœnæ adiicitur, *Y los que lo contrario hizieren, &c.* Ideoq; ab eis non eſt ſumenda deciſio noſtræ quæſtionis, non enim earum menti conuenit deciſio prædicta communis; quinimo magis videtur probari, requiri extractionem cum effectu, intelligẽdo vnas per alias, & capiendo benigniorem interpretationem, ſicut in pœnis accipienda eſt, Quid tenendum?

23 Ego † in hac quæſtione iure noſtro Regio in praxi ita per caſus cenſeo eſſe reſoluendum. Primo, vt ſi quidem quis deprehendatur cum rebus vetitis in itinere, extrahens eas intra duas leucas a finibus horũ Regnorum pœna ordinaria ſit, ac veniat plectendus, ac condemnandus ex præſumtione legitima, & ſufficientiſſima, *d. l. 43. huius titul.* quæ licet loquatur ad hoc, vt quilibet propria auctoritate poſſit tales res capere: *Y aun entonces las han de traer al lugar mas cercano dentro de veinte y quatro horas, y notificarlo luego a la juſticia del tal lugar: pero eſto no quita que los Alcaldes de las aduanas, y de ſacas, ni ſus lugares tenientes, guardas, y miniſtros, no puedan hazer lo miſmo en el dicho caſo, ſi otro no lo a hecho primero*, vt patet ex fine eiuſdem, l. in verſ. *Y mandamos que los Alcaldes de las aduanas, ni ſus lugares tenientes no lo puedan eſto impedir, ſaluo ſi preuinieren en la toma: y aſſi queda por deciſion clara deſta ley, que hallando a vna perſona, o perſonas ſacando coſas vedadas vna, o dos leguas de los fines deſtos Reynos, es præſumcion clara y baſtante, que las lleua fuera dellos, para condenarle en la pena ordinaria*, niſi legitimam defenſionem probauerit, vt in terminis ita intelligit præd. legẽ Bobadi. *vbi ſupra, d. lib. 4. de la politica, c. 5. nu. 13. & 17.* †
24 Præſumtiones enim legum liquidiſſimæ ſunt probationes. *l. ſi tutor petitus, verbo oſtenderis in fin. ibi, quia probationes legum liquidiſſimæ ſunt C. de peric. tutorum*, quam ad hoc vltra ordinarios ibi ſequuntur plures relati per Tiraquel. *in l. ſi vnquam verbo donatione largitus, n. 158. C. de reuocand. donat.* eſtque approbata gloſſa illa per Doctores ibi, ſecund. Euerardum *in cent. lega. loco. 5. a veriſimili, ibi, præſumtio enim, quam lex facit, eſt liquida probatio, donec appareat de contrario*; eandem ſequitur, alios allegans, Iaſ. *in l. manifeſte, n. 4. ff. de iureiurand.* Et dicit meliorem iuris idem Iaſ. alios allegans *in l. ſi fundus, nu. 2 ff. ſolut. matrim idem in l. licet Imperator. num. 8 ff. de legat. 1.* qui a *n. 5. vſq; ad n. 15* late agit de hoc ampliando, & limitando, & Matth. de Afflict. *deciſ Neapolit. 44. nu. 14. cum ſeqq.* vbi inquit, quod probatio per coniecturas eſt liquida expreſſa, & apertiſſima, & opinionem illius gloſ. teſtatur communem Bernard. Diaz *in reg. 568.* eamque ſequitur, alios allegans, Beccius *conſ. 52. nu. 91. lib. 1.* eſtq; bonus text pro hac communi ſententia in *l. 1. verbo, liquido, iuncta ſua gloſ. C. de teſtam. milit.* † Secundus caſus 25
eſt, quando quis fuerit repertus cum rebus vetitis intra duodecim leucas a finibus Regni, vel territorii: tunc namque pœna ordinaria condemnari poteſt, dum tamen conſtet clare eas deferre extra Regnum, vt probat expreſſe, *dict. l. 48. infra hoc tit. 18. lib. 6. nouæ collect.* Reg. Eius verba ſunt hæc: *Y mandamos a los nueſtros Alcaldes de ſacas, y a todas las otras juſticias, que do quier que hallaren dentro de las doze leguas qualeſquier armas, y aparejos de guerra, y las otras coſas ſobredichas, que clara y conocidamente ſe ſepa que lo lleuan, o tienen para lleuar, y aguardan tiempo de lo hazer a ſu ſaluo, que les ſea tomado por perdido, y caſtigado conforme a lo ſuſo dicho*, expendenda ſunt illa verba *que clara y conocidamente ſe ſepa, que lo lleuan, o tienen para lleuar*, quia eſt, ac ſi dicat, quod delinquens id negare non poſſit, ſicque præſupponunt probationem regularem, & indubitabilem delicti ſecundũ ſubiectam materiam, præter præſumtionem culpæ, quæ inducitur ex apprehenſione delinquentis cum rebus vetitis in tranſitu, & greſſu diſtricti, ſecund. Bobadill. *vbi ſupr. num 17.* qui *nu. 13* idem probat eadem ratione in extractione monetæ. † Vnde ſi quis fuerit reper- 26
tus intra dictas duodecim leucas portans res vetitas extra Regnum, & ipſe clare fateatur exportationem extra Regnum, prout faceret niſi deprehenſus, & prohibitus foret; tunc enim eadem ratione pœna ordinaria erit plectendus, quod probatur *in d. l. 48.* & etiam argu. euidenti. *d. l. Regia 43.* Ideo enim ibi præſumitur, & probatur extractio ſufficienter ad pœnam ordinariam imponendam, quia fuit quis repertus portare res vetitas iuxta fines horum Regnorũ: ex propinquitate enim ita ſtricta, atque breuiſſima vnius, vel duarum leucarum inducitur violentiſſima præſumtio voluntatis, extrahendi res vetitas ab his Regnis in aliud, quod proculdubio licuit legislatori diffinire; ergo ſi per confeſſionem partis liquet de eadem voluntate, etiam intra duodecim leucas a fine Regni idem erit dicendum: demonſtrationes enim ſigna ſunt voluntatis, Vbicumq; igitur alias conſtat de ea, non eſt opus in claris coniecturis, vt *in leg. continuus. §. cum ita, cum ſimil. ff. de verborum obligat.*

Limitatur tamen hoc, quoties præd. confeſſio clara 27
non fuerit, ſed obſcura, aut qualificata, nempe quod licet iter illud, quo deprehenſus fuit portans res vetitas, eſſet directum in aliud Regnum, ipſe tamen eas illuc non portabat, ſed alibi licite, nempe in ſuum molendinum, vel caſſinam, vt in exemplis Ripæ *vbi ſupra*, aliove loci, vbi ceſſat præſumtio extractionis, idque probaret, ſimul cum ſua bona fama, & quod non eſſet ſolitus res vetitas extra Regnum aſportare, iuxta tradita per Puteum, *in tract. ſynd. verbo, teſtis, cap. 2. numer. 3.* vbi quod non præſumitur contra inuentum in itinere, quod vadat contra deuentum, ſi alias eſt bonæ famæ, non ſolitus prædicta committere, *vt in l. non omnes § a Barbaris ff. de re milit.* præſumtio enim etiam legis ceſſat, vbi probatur contrarium, vt conſtat ex prædictis Doctoribus,

quo circa niſi aliæ coniecturæ legitimæ extractionis adeſſent, proculdubio hominem hunc abſoluerem.

28 Tertius caſus eſt, † cum quis fuerit repertus cum rebus vetitis, exportans eas per loca deuia deſerta, & vias extraneas, atque inuſitatas in aliud Regnum, etiam ante prædictas duas leucas, tunc enim præſumtio ſufficiens erit contra ipſum quod eas extra Regnum exportabat, & exportaſſet (niſi recta via eſſet inundata aquis, vel ab hoſtib. inuaſtata) ac proinde pœna ordinaria condemnandus eſſet, quod non ſolum iure communi verum eſt, vt probauimus, idque ſequitur Azeued. *in præſenti, num. 13.* ſed etiam iure noſtro Regio veriſſimum affirmo, primo, *per l. 5. tit. 7. part. 5. in verſic. Otro ſi deximos, que todos los mercaderes que leuaren mercadurias del Reyno, o las traxeren, y que deuen yr por los lugares, do ſe ſuele pagar el portazgo, &c.* Et ibi Greg. Lopez *in gloſſ lugares,* inquit, eſt enim culpabile deuiare a recto itinere, *l. ſi quis publicum. C. de curſib. pub. lib. 12.* & inquit Baldus *l. cum proponas col. 1. C. de naut. fœnor.* quod ille, qui non tendit per locum conſuetum, præſumitur ire contra deuentum: occaſio enim fraudandi tolli debet ibi, quam limitat, vt prædiximus, niſi metu hoſtium, vel impetu maris, non ſeruaret locum nauigij, vel itineris ſoliti, *l. 2. §. ſi quid ff. de ſi quis caution.*

Secundo, ex *l. 6. eod. tit. 7. part. 5.* quæ eſt huiuſmodi: *Deſcaminados andan los mercaderes a las vegadas por furtar, o encubrir los derechos que han a dar de las coſas que lieuan; onde dezimos, que qualquier que eſto fizieſſe que deue perder todas las coſas que leuare deſta manera;* Ergo a fortiori idem erit dicendum in rebus extrahi prohibitis, quia fit contra omnimodam prohibitionem.

Tertio, ex *l. 9. infra hoc tit. 18.* ibi: *Y tenemos por bien, que los mercaderes que el oro, y lo plata ouieren de ſacar en eſta guiſſa de los nueſtros Reynos, que la ſaquen por aquellos lugares donde eſtan las guardas de las coſas vedadas: y ſi por otro lugar lo ſacaren, que lo pierdan, y que los tomen las guardas, y otros qualeſquier que los hallaren, y que lo guarden para nos,* ex quibus legibus hunc tertium caſum probauit Azeued. *in præſenti, nu. 14.*

Quarto, ex *l. 20. infra hoc titulo,* ibi: *Por quanto nos es dicho, que algunos mercaderes, y otras perſonas de fuera deſtos Reynos vienen a la nueſtra tierra a comprar beſtias cauallares y las lleuan de noche, y de dia por lugares yermos, &c.* Et ex prædict. *l. 6. tit. 7. part. 5.* hunc tertium caſum probauit, & ſequitur Bobadilla *vbi ſupra dict. num. 17.* Vbi
29 bene exemplificat, † & addit idem eſſe, ſi ſic repertus, diceret, quod deferebat monetam ad extrahendum a Regno cum Regia facultate, nondũ conceſſa, ſed quod in portu eam expectare deberet, quia ſi bonam defenſionem alias non probaret, hoc ſufficeret ad condemnationem amiſſionis rerum vetitarum, quas ſic deferret, & aliam pœnam arbitrariam, non tamen in pœnam mortis, quia ad eam requiritur a lege actus perfe-
30 ctus, & conſummatus exportationis. † Limitat hunc tertium caſum Azeued. ſi eſſet homo bonæ famæ, & non ſolitus hæc facere *ex Pariſ. de Puteo, vbi ſupra.* Hæc tamen limitatio mihi non placet, tum quia ſi repertus cum rebus vetitis vadit via indirecta, & non ſolita, atque vſitata, nec vlla alia ſumi poteſt ex tali itinere coniectura, quam extrahendi res vetitas. In qua ſpecie procedit hic tertius caſus, & loquitur Azeued. quid prodeſt bona fama, & quod ſic repertus non ſit ſolitus hæc facere? Tum etiam quia Puteus *vbi ſupra,* non loquitur in hac ſpecie, ſed quando ſimpliciter reperitur quis in itinere portare res vetitas, nec meminit, quod vadat via indirecta, & non ſolita, nec vſitata. Itaque ceſſat hæc circumſtantia; tum etiam quia noſtræ leges Regiæ præcitatæ prædictam limitationem non ſufferunt, cum indiſtincte, expreſſe, atque in indiuiduo caſum noſtrum decidant. Iure ergo non probatur prædicta limitatio in hac ſpecie, ac proinde non tenenda meo iudicio, quamuis alias pronior ſoleam eſſe ad abſoluendum, quam ad condemnandum.

Sic etiam qui via indirecta, † & non ſolita tranſit, ſe 31
occultans, vt non ſoluat, & defraudet iuſtum tributum, vel portagium, peccat, & tenetur ad reſtitutionẽ ipſius, quamuis pœnam ſoluat, præter quam ſi dominus, cui debetur tributum, ſe contentum reputat cum pœna *vt voluit Soto, lib. 3. de iuſtit. & iur. quæſt. 6. art. vltim. circa fin.* ibi: Reſpondetur primum, & probat Anton. a Cordo. *in ſua ſumma de caſos de conciencia. qu. 95. verſ. Lo ſegundo.* & Emanuel Rodrig. *etiam in ſua ſumm. 2. tom. c. 74. in 2. concluſ. circa fin.*

Peccat etiam mortaliter, † qui ſine expreſſa licentia 32
Regis, transfert ex hoc Regno ad aliud equum, tametſi ad pœnam amiſſionis equi, & medietatis bonorum ſuorum, reddendam ante iudicis condemnationem, non teneatur, vt in terminis, *d. leg.* probauit recte Alfonſ. a Caſtr. *lib. 2. de poteſt. l. pœnal. c. 12. in verſic. inter multas.* quæ in hoc Regno Caſtellæ, &c. Idem cenſeo in ceteris rebus extrahi prohibitis per ll. huius Regni ob bonum eius, ſub grauibus pœnis. Peccabunt enim mortaliter contrarium facientes tempore neceſſitatis, quo Reſpublica fame laborat, &c. niſi paruitas materiæ eos excuſet, vt in ſpecie legum prohibentium frumentum aſportari a Regno tenet Dominic. a Sot. *lib. 1. de iuſt. & iur. quæſt. 6. artic. 4. verſic. præcipit Rex. pag. mihi 53. col. 1. poſt princip. & Emanuel Roderic. in ſua ſum. 1. tom. c. 179. in 4. concluſ. ad fin.* Vbi limitat, quando lex ordinata eſt in commodum proprium, *como es la que no ſe ſaque ſal, ni azafran fuera del Reyno,* quia non obligat ad peccatum mortale, nec ad vllam culpam, *ſecundum Aragon. de iuſt. & iur. q. 62. art. 3. in verſ. ſed de traiectoribus, ibi, & quidem pag. mihi 229.* vbi prius dictum etiam tenet.

Quartus caſus eſt, † quando quis reperitur cum re- 33
bus vetitis, eas deferens via recta in alterum Regnum ante prædictas duas leucas a finibus horum Regnorum, non conſtito clare, quod eas exportabat extra Regnum, & in hac ſpecie non inuenio legem Regiam, de hac agentem, quin potius *dict. ll. 43. & 48. huius tit. 18.* per argumentum a contrario ſenſu videntur in hac ſpecie contrarium probare, ſed nihilominus in ea obſeruandam eſſe prædictam communem diſtinctionem, tenet Mexia *vbi ſupr.* & nuncupatim in ſupra dictis coniecturis Azeued. *hic nu. 14. prope fin. ibi, ſi vero ibat.*

Ego vero potius in hoc caſu cenſeo, † eſſe ſequen- 34
dam diſtinctionem Rip. ſupra relatam cum ſuis declarationibus, & coniecturis, vtpote mihi, iure communi attento, veriorem; communis namque prima diſtinctio non ſeruatur de conſuetudine, vt prædiximus; † quoad pœnam tamen mortis, de qua in hac l. 1. vt dicebamus, requiritur, quod res vetitæ ſint extractæ a Regno, & in alterum translatæ cum effectu, licet poſſet quis tunc extraordinarie puniri in caſibus, in quibus quoad cetera pœna ordinaria imponenda eſſet, vt aduertit Azeue. *num.* 15. Quinimo cenſeo rigorem noſtræ leg. quoad pœnam mortis non ſeruari in his Regnis, etiam conſummato cum effectu delicto, quaſi magis quoad terrorem, quam ad exequutionem condita videtur, prout etiam credit Azeued. *hic num. 16.* & ita in Ducatu Mediolanen. præd. pœna mortis ſtatuto impoſita raro ſeruatur, *teſte Iulio Claro, d. qu. 82. in 7. ſtatuto. in princ.* ſed Caſtil. de Boba. *lib. 4. de ſu politica de Corregidores. c. 5. num. 2.* inquit, ſe vidiſſe practicari pœnas, dict. l. contra exportatores equorum in Regna Aragoniæ, & Valentiæ, † quod ſi apprehenſus extrahere res vetitas 35
iter faciens per diſtrictum ad exeundum ab eo, non auditur, ſi dixerit, ſe pœnituiſſe, propoſitumq; mutaſſe: ſecus ſi quis inuentus fuerit reuertendo, quia tunc pœnitentia liberat eum a pœna, ſed ſi repertus fuerit in diuerſorio, vel domuncula requieſcendo, vel paſtũ dando equis, vel mulis, tunc aſſerta pœnitentia non iuuaret, cum deficiant eius indicia, & ſigna. Ita Ioan. And. *in additio. ad Specul. tit. de conſtit. §. 2. poſt num. 8. lit. G. Auiles c. 52. Præt. in glo. en la tierra, numer. 21. poſt Rip. de remed. ad conſeru. vbert. num. 7. & Berta. de gabel. in 8. p. princ. nu. 18. ſub fin. ſequitur Maſcar. de probat. concluſ. 830. nu. 25. cum ſeqq.* & Boba. *vbi ſupr. n. 18.* admonet Alguazelum, & denuntiatorem ſcientes, aliquem velle extrahere res vetitas, *Le dexen comencar a ſalir, y caminar fuera del pueblo, o de los limites, y cotos que ſuele auer para deſcaminar, y no ſeã tan preſuroſos, que le deſcaminen en la poſſada, o en el pueblo, porque no ſe excuſe con dezir, que ſe bueluee a Caſtilla, o la tierra a dentro con ellos, o que lo quiere dexar en el pueblo, porque ſino eſtuuieſſe muy conuencido de que lo ſacaua fuera del Reyno, facilmente ſe libraria, como ya por la dicha razon ha entendido que abſoluio el Conſejo a vnos deſcaminados en la ciudad de Villena.*

36 Quintus, † & vltimus caſus eſt, quando aliquis cum effectu extraxit res vetitas de hoc Regno in aliud, in neutro deprehenſus, & in hac ſpecie quidquid dicat Iuli. Clar. *vbi ſupr.* vt non poſſit puniri, quia non poſſunt officiales illos extra territorium perſequi, poſtquam ipſi ab eo exierint, tenendum eſt, poſſe denuntiari de huiuſmodi extractoribus, & teſtibus probari denuntiationem, etiam ſi ipſi perſonaliter non fuerint reperti exportare, nec capti, ac proinde condemnari, non qui-
37 dem iure communi attento, ſed regio, † Quia licet iure communi inuentus non dicatur, niſi is qui fuit perſonaliter apprehenſus, *vt in l. ſi barſatorem. C. de fideiuſſ.* ex quo text. inquit Bart. ibi quod ſtatutum puniens inuẽtum deferre arma, ſolum comprehendit captum cum eis, & hæc eſt communis opinio, vt plures citans, & aliis ſimilibus confirmatis teſtatur Rip. *in tract. de remed. ad conſeru. vbert. n. 104. per totum,* & Mexia, *in prag. taxæ panis. 1. concl. n. 31. vbi n. 35.* quod ita recepit praxis, & conſuetudo, diximus late *ſupr. in tit. de armis,* & ſequuntur, & dicunt communem plures congeſti per Caſtill. Bobad. *lib. 4. de ſu polit. de Correg. c. 5. n. 12.* & ante eos in terminis dicti ſtatuti probauit Cæpoll *in d. l. ſi fugitiui, n. 72. cum ſeqq.* Attamen ratio ſtatuti in propoſito noſtrarum legum, ne ſcilicet Reſpublica careat annona militat etiam contra exportantes, qui nõ fuerint capti, & apprehenſi in via, ſed tales fuiſſe probentur: Quam concluſionem in terminis ſtatuti punientis inuentum exportare frumentum, vt intelligatur punire tam conuictũ teſtibus, quam corporaliter apprehenſum latiſſime probat Rip. *vbi ſupr. d. n. 104. ibi, quid tenendum,* vbi reſpondet ad *d. l. barſatorem,* & ad communem opinionem ex ea l. ſupra adductam, & *n. 105.* ampliat ſuam concluſionem, vt procedat, etiam ſi ſtatutum puniret deprehenſum ſecund. glo. communiter approbatam *in l. 1. C. vbi Senat. vel. Clar. & in l. 1. C. de pet. bon. ſubl.* & ibi Bart. quod intelligit verum Pau. Caſtr. ibi, ſi ſtatutum dicat, *ſi quis fuerit deprehenſus exportare:* ſecus ſi dicat, *ſi quis fuerit deprehenſus cum frumento, vel cum armis;* quia tunc requiritur talis apprehenſio, & in hac ſpecie procedit dictũ Angel. & Cæpol. *in d. l. ſi fugitiui nu. 72. cum ſeq. C. de ſer. fugiti.* dicentium, quod ſi ſtatutum vtatur verbo deprehenſus, ſoluta intelligatur punire captum; & non conuictum teſtibus, & dixit Bart. *in d. l. ſi barſatorem.* quod ita conſuetudo interpretatur ſecund. Ripam *vbi ſupr.* cuius in hoc opinionem ſequimur, & probamus præcipue, attento iure noſtro Reg. & praxi comi huius Regni, tametſi Ripa *d. nu. 104.* fateatur, ſuã opinionem eſſe contra communem, quod etiam ex eodem Ripa profitetur Viuius relat. a Iul. Clar. *in pract. crim. §. fi. q. 82. ſtatuto. 7. verſ. ſed hic quæro;* quamuis ab ea communi non eſſe recedendum in iudicando, teſtetur in terminis Mexia *vbi ſupra numero. 31. cum ſequentibus;* vbi plurimos, eam ſequentes; congerit, & Caſtill. *vbi ſupra.*

Iure namque Regio deciſio noſtri quinti caſus probatur, & ſic opinio Ripæ quia leges noſtræ huius tituli 18. minime requirunt apprehenſionem, ſed ſolum prohibent extrahi ad his Regnis res in prædictis legibus contentas, atque ab eis extrahi vetitas, & contrarium facientes grauibus pœnis puniuntur, vt ex eiſdem legibur patet: ceſſat igitur dubium.

Deniq; & ſecundo eadem concluſio firmiſſime probatur in hac l. noſtra, prima huius tituli. 18. ibi: *Y que vna vez en cada vn anno haran, alomenos cada vno de ellos, peſquiſa, e inquiſicion, y procuraran de ſaber lo verdad por quantas vias meior pudieren en ſus lugares y juriſdiciones, y quien ſon los quebrantadores de eſta ley, y lo executaran en ſus perſonas y bienes:* Idem, & tertio probat, l. 38. eiuſdem titu. ibi: *Fagan peſquiſa cada, y quando que entendieren que cumple contra qualquier, o qualeſquier perſonas de quien ouiere informacion que fuere, o fueren ſacadores de las coſas vedadas que en eſte nueſtro ordenamiento ſon defendidas, o culpados en ellas.*

Adduco etiam & quarto, l. 4. hoc ti. 18. ibi: *Y otroſi queremos y mãdamos, que qualquier perſona que denunciare de otro que aya ſacado de ellos, y ge lo probare, aya la tercia parte de las penas en que el tal delinquente fuere condenado.*

Tandem & quinto noſtra hæc ſententia, de qua agimus, probatur in l. 20. infra eo. tit. ibi: *porque eſtas coſas ſe hazen encubiertamente, mandamos que qualquiera de los dichos Alcaldes hagan peſquiſa ſobre ello; y qualquiera que fuere emplacado por carta, o por ſu hombre del dicho Alcalde, que venga a los placos que le fueren pueſtos a dezirla verdad de lo que ſupiere, ſo pena de ſeſenta marauedes a cada vno y que los dichos Alcaldes prendan por la dicha pena a aquellos que en ella cayeren.*

Sed & ſexto. Res efficitur pluſquam manifeſta ex l. 23. *infra eod.* vbi prohibetur: *Sacar fuera deſtos Reynos ganados algunos, ni carne alguna viua, ni muerta:* dicitur namq; ibi: *Y qualquiera que la ſacare, por la primera vez pierda el ganado, y la carne que aſſi ſacare, ſi pudiere ſer tomado, o la eſtimacion dello, quam dono pueda ſer tomado:* Idem comprobatur ex quam pluribus aliis legibus huius tit. ſuperiores tamen aptiores ſunt; Ex quibus ſatis ſuperq; probata manet hæc ſententia veriſſima, & in praxi tenenda, quam etiã probat, & ſequitur iure Regio contra cõmunem Caſtillo *vbi ſup. d. n. 12.* & quia ille dicitur deprehenſus in delicto, contra quẽ probatur illud cõmiſiſſe, *vt in l. 2. ff. de cuſt. reorũ & in l. 1. C. de rapt. virgi.* tametſi Mexia *vbi ſup. n. 35.* vellet prædict. ll. Regias intelligere iuxta ius cõmune, nempe, vt requiratur actualis apprehenſio, ſed fallitur manifeſte, cum videamus d. ll. cõtrariũ decidere præcipue *d. l. 22. in verbis præcitatis:* fatetur tamen ipſe Mexia in noſtra ſpecie ſolere practicari contrariũ a iudicibus, corã quib. fiunt denuntiationes, & ſic noſtram prædictam, & Ripæ ſententiam, quæ praxis expreſſe deciſa eſt in prædictis legibus vt vidimus, ab eiſq; ortum habuit.

Neq; obſtat *l. 43 infra hoc tit.* ibi: *Que fallaren que ſacan, &c.* Quia loquitur in caſu ſpeciali de quo lex illa agit, vt ſupradiximus, nempe, *Quando qualquiera del pueblo halla que ſacan coſas vedadas dentro de vna, o dos leguas de eſtos Reynos, para que las pueda tomar por ſu propia autoridad, y las trayga al lugar mas cercano dentro de veynte y quatro horas, y lo notifique luego a la juſticia del tal lugar: y prouada la dicha ſaca, dentro de las dichas dos leguas, la dicha iuſticia las adjudique por tercios partes al juez, y al que las ouiere tomado y a los arrendadores: pero eſta ley no quita lo que las otras leyes permiten de hazer informacion, y peſquiſa contra otros ſacadores, aunque no ſean hallados con las coſas vedadas; y an ſi en ninguna manera es contraria a nueſtra ſentencia, y concluſion.*

38 Illud † tâmen in propoſito obſeruandum eſt, quod aduertit Bobadilla *en ſu Polit. de Correg.* lib. 4. cap. 5. nu. 17. pag. 680 *Que ſi alguno que va de camino fueſſe hallado con cantidad de dineros y lo lleuaſſe portrochas, o camino de ſuſ do, y ſecreto, ſin dar ſalida concluyente de ſu yda por alla otra coſa licita, o no dieſſe buena razon de quien ſe lo dio, ni a quien lo lleua, o ſi lo ha de dexar en Caſtilla, ni conſtaſſe que la perſona a quien deze lo ha de dexar, tiene trato y comercio con el, o ſi dixeſſe que lo lleuaua para ſacarlo del Reyno con facultad Real, que aun no eſta concedida, y que auia de eſperar con ello en el puerto, haſta que ſe deſpachaſſe y no prouaſſe buẽ deſcargo, parece que eſto baſtaria para condenarle en ello, aunque no en la pena de muerte, que pone la dicha l. 1. tit. 18. de eſte libro. 6. que dize.* Sacare. *Y aſſi requiere conſumacion, e acto perfecto: pero que arbitrariamente podria ſer punido, y en perdimiento de todas las coſas que lleuare, como dize la l. 6. titul. 7. part. 5* Cuius in hoc opinio vera, & tenenda videtur, dummodo pœna arbitraria ſit moderata.

SVMMARIA.

1 *L. 1. titulo. 18. libr. 6. nou. collect. Reg. præcipiens, quod pœnæ impoſitæ contra extrahentes monetam ab his Regnis, locum habeant contra Prælatos, clericos exemtos & alios quoſcunque, an ſit valida & probanda? & numeris ſequent. vbi fundatur pars negatiua ſed n. 6. cum ſequentibus probatur affirmatiua.*

2 *Statuta, & conſuetudines laicorum contra libertatem Eccleſiaſticam non valent.*

3 *Statutum laicorum, quo cauetur quod teſtamenta non valeant, niſi inſinuentur, an comprehendat teſtamenta clericorum?*

4 *Statutum prohibens bona in eum, qui ſubditus non ſit alienari, non comprehendit Eccleſiam.*

5 *Statutum etiam generale, & nullam faciens mentionem clericorum non eſt aduerſus eos obſeruandum, licet nequaquam tollat priuilegia, quæ clericis, & Eccleſiis conceſſa ſunt.*

7 *Clerici comprehenduntur in his, quæ concernunt publicam vtilitatem.*

8 *Leges prohibentes extrahi ab his Regnis frumentum, & ſimilia, concernunt bonum commune, & vtilitatem publicam: & contrarium faciens peccat mortaliter, nõ tamen tenetur ad reſtitutionem pœnæ in foro conſcientiæ ante iudicis condemnationem, ſed neq; ad reſtitutionem alicuius partis pretij, dum non tranſgreditur lex aliqua, quæ iuſtum pretium taxet frumento vendendo: ad damnum tamen notabile ob id Regno ſubſequutum an teneantur, difficilimum ſcitu eſt, cui vel quibus eſſet ſ. t facto facienda, in n. 9.*

10 *Leges Imperatorum regulariter clericos comprehendunt.*

11 *Leges humanæ, ſi iuſtæ ſunt obligant in conſcientia.*

12 *Leges taxantes panem, clericos ligant.*

13 *Statuta, & conſuetudines laicorum circa conſeruationem paſtuum, ligant clericos & religioſos.*

14 *L. 1. titu. 25. libr. 5. nou. collect. Reg. clericos iuſte comprehendit expreſſe.*

15 *Statuta laicorum clericis, & vicinis conuenientia, quæ non ſunt contraria ſuis priuilegiis, ſed præter ea ipſos ligant, & comprehendunt.*

16 *Statuta laicorum vetantia extrahi frumentum, vinum, & alia ſimilia an ligent fructus Eccleſiarum: & clericorum, tam ex propriis fundis, quam ex bonis patrimonialibus collectos? & n. 17. & 18.*

17 *Clerici an in bonis patrimonialibus gaudeant priuilegio Eccleſiis competenti?*

19 *L. 1. tit. 18 lib. 6. nou. collect. Reg. deciſio puniens Prælatos clericos, & alios quoſcunq; extrahentes monetam ab his Regnis, procedit etiam in extrahentibus alias res vetitas, quæ non ſint recollectæ ex prædiis Eccleſiarum, & patrimoniorum clericorum.*

20 *Clerici, Eccleſiaſticæq; perſonæ extrahentes res vetitas ab his Regnis non ſunt conueniendi ſuper hoc, nec pœna exſequenda contra eos coram iudice ſeculari: Sed coram ſuo Eccleſiaſtico competente, & inde n. 23. idemq; procedit in clericis vendentibus frumentum vltra taxam Regiæ pragmaticæ, vt in n. 21. & an hoc procedat etiam quando iudex Eccleſiaſticus requiſitus pœnam legis recuſaret clerico infligere, aut negligens eſſet, plus ve debito differret. n. 22.*

24 *Lex ciuilis, quando poteſt afferre commodum & incommodum, non dicitur præiudicialis, nec contra libertatem Eccleſiaſticam.*

25 *Lex ciuilis fundata ſuper naturali ratione comprehendit clericos, & perſonas Eccleſiaſticas.*

26 *C. Eccleſia ſancta Maria, & cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut. & cap. ſi de reb. Eccleſ. non alien. intellectus.*

27 *Leges ciuiles, quæ circa res humanas, caducas, & terrenas diſponunt clericos ligant ſicut laicos, niſi in caſibus in quibus per leges canonicas iuri ciuili ſpecialiter eſt derogatum. quod præcipue procedit, quando lex ciuilis non facit notabile præiudicium perſonis Eccleſiaſticis, vt in n. 28.*

29 *Lex Principis ſecularis in quacunq; re diſponat etiamſi mentionem clericorum faciat ſi iuſta ſit, & honeſta, nec canonibus contraria, ſeruari debet.*

33 *Statutum diſponens, quod certa bona, quæ ſunt in confinibus non alienentur in non ſuſtinentes onera, ne poſſit contingere finium variatio, vel quod aliqua domus, quæ ſunt ad vſum publicum, licet ſint ſingulorum, non poſſint transferri in non ſubditum, ne contingeret, quod ab illo in quem translatæ fuerint, non poſſint haberi in locationem pro vſu publico, vt quia ille locare nolit, vel non ſine magno emolumento, in quo præiudicium fieret communi, valet.*

QVÆSTIO. XXXVIII.

In eandem legem primam.

QVæro circa eandem legem primam, tit. 18. libr. 6. 1
nou. collect. Reg. in verſic. *Y mandamos que las penas pueſtas contra los ſacadores de moneda ayan lugar contra los Perlados, y clerigos exemtos, y contra qualquier perſona de qualquier eſtado y dignidad que ſea:* an hæc l. in hoc ſit valida & ſeruanda in praxi necne?

Et quod non valeat, nec ſit ſeruanda, videtur prima 2
quidem facie manifeſtum, attentis iuris vtriuſque principiis, quæ habent, quod ſtatuta, & conſuetudines laicorum contra libertatem Eccleſiaſticam non valent, *tex. in c. quæ in Eccleſiarum, & in c. Eccleſia ſancta Maria, de conſtitutio. c. nouerint. de ſent. excommun. extrauagans vnica, de conſuet. in commun. authent. caſſa & irrita, C. de ſacroſanct. Eccleſ. cum ſimil.* Quare ex profeſſo illam quæſtionem examinans Bart. *in l. de quibus, n. 30. ff. de legibus, & in l. 1. num. 28. cum ſeqq. C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol.* an ſtatuta, & conſuetudines ſecularium ligent clericos, & debeant ſeruari in Curia Epiſcopi? Diſtinguit tribus modis, & in duobus prioribus eam decidit in fauorem clericorum, nempe, quod aut ſtatuta ſunt facta directe ſuper clericis, & rebus Eccleſiaſticis, & non valent, quia non pertinent ad iuriſdictionem condentis, *vt in d. c. Eccleſia S. Maria,* aut ſtatuta ſunt facta ſimpliciter, & tunc ſi redundant contra ea, quæ conceſſa ſunt Eccleſiæ, & clericis in priuilegium, & ſimiliter non valent, tanquam contra libertatem Eccleſiæ, *vt in d. authen. caſſa & irrita, & in d. c. nouerint,* & in his duobus membris Bart.

bris, Bart. communiter approbatur, *teſte Ioan. Oroſcio in d. l. de quibus, n. 145.*

3 In † tertio vero membro, quando ſcilicet ſtatuta, vel conſuetudines laicorum ſunt contra ea, quæ competũt Eccleſiis, vel clericis, nõ vt priuilegium, ſed vt cuilibet, Bar. decidit, quod ligat clericos, & ſunt ſeruanda etiam in foro Epiſcopi: ſi tamen ſint honeſta, verbi gratia, in ſtatuto quod habet, vt niſi teſtamenta inſinuentur, non valeant, comprehendet quidem teſtamenta clericorũ, quia clericis ex priuilegio non eſt conceſſum poſſe facere teſtamentũ, ſed ipſo iure, ſicut aliis hominibus, & ſtatutum, ſeu conſuetudo huiuſmodi eſt honeſtum, vt obuietur fraudibus, niſi reſpectu priorum legatorũ, quia conceſſum eſt piæ cauſſæ priuilegium, vt valeat teſtamentum in eius fauorem, etiam cum duobus teſtibus: ſed hæc deciſio, Bart. etſi eam nonnulli ſequantur, quos refert Mexia *in prag. taxæ panis 1. concl. num 35.* communiter a Doctoribus improbatur *ſecund. Pau. Caſtrenſ. in l. omnes populi, nu. 9. ff. de iuſt. & iur. & D. Couarr. in reg. poſſeſſ. 2. p. §. 4. n. 8. verſ. tertium eſt, de reg. iur. in ſexto,* & cõtra Barto. in hoc dicit eſſe magis communem opinionẽ Ioa. Orozco *in d. l. de quibus, n. 146. &* Anton. Galeat. Malvaſia *conſ. 3. n. 24. & conſ. 80. n. 26. & conſ. 105. nu. 22. & 23.* Ex quibus patet, magis frequentem, & communem ſententiam ſcriptorum eſſe, huiuſmodi ſtatutum quanuis generale, honeſtum, & rationabile clericos non includere, nec coarctare, inde inferentium ad præd. ſtatutum, dictans, & diſponens, quod teſtamenta inſinuentur, alioqui non valeant. Cõmuni namq; docentiũ calculo non includit, nec ligat clericos, vt affirmat Anton. Galeat. *d. conſ. 3. n. 24.* qui numeris ſequentibus, id bene declarat, & limitat, & ante eum melius Felin. *in d. ca. Eccleſia ſancta Maria, n. 81 cum ſequentibus,* vbi in quinque caſibus ſaluat opinionem Bartoli contrariam cõmuni ſententiæ: Ergo lex noſtra procedere nõ poteſt, tanquã contra libertatem Eccleſiaſticã, & in eius præiudicium, licet generalis, honeſta, & rationabilis ſit.

4 Similiter † etiam ſtatutum prohibens bona in eum, qui ſubditus non ſit, alienari, minime cõprehendit Eccleſiam *ſecund. Bart. in l. filius fam. §. diui. n. 12. ff. de l. 1.* vbi Iaſ. *n. 72. in prima lectura* fatetur, eam communem, & ex eod. Couar. *vbi ſup.* eandem pluries affirmat, eſſe cõmunem, & defendit contra Bald. & Felin. *in d. c. Eccleſia ſancta Maria, n. 87. & 89 cum ſeq* vbi eam aliquibus modis limitat. Eandem ſententiã teſtatur eſſe communẽ, & ſequitur Iul. Clar. *in ſua pract. crim. § fin. q. 82. ſtatuto. 5. verſ. ſed quæro,* alios allegans, & dicens, quod multo magis procederet, vbi ſtatutum prohiberet ſpecialiter in Eccleſias, vel Eccleſiaſticas perſonas alienari, eo namq; caſu diceretur eſſe expreſſe contra libertatem Eccleſiaſticam, & ideo nihil prorſus valeret huiuſmodi ſtatutũ, vt tenent omnes DD. de hac materia loquentes, vt inquit Chaſſaneus relatus a Iul. Clar. *vbi ſup.* Eandem cõmunẽ ſententiã refert, & probat Azeued. *in præſenti n. 19.* quib. addendus eſt Mencha. *de ſucceſ. creat. §. 10. n. 648. verſ. deniq;* quidquid contrarium teneant relati a Mex. *in pragmatica taxæ panis, concl. 5 n. 109.* Sed lex noſtra videtur eſſe huiuſmodi. Ergo non valet.

5 Quinimo † ſtatutum laicorum etiam generale nullã faciens mentionem clericorũ, minime eſt aduerſus eos obſeruandum, licet nequaquã tollat priuilegia, quæ clericis, vel Eccleſiaſticis conceſſa ſunt, cum ſtatuẽtes nullam habeant iuriſdictionem in clericos, vt patet ex ſup. dictis, & in terminis contra Bar. *in d. l. cunctos populos,* cõmuni omnium ſuffragio reprobatum, cum receptiori Doctorum ſententia probat idem Coua. *pract. q. c. 8. n. 5. concl. 5. ibi & tamen eius ratio,* &c.

6 His † tamen omnib. non obſtantibus, prout vere nõ obſtant: contraria ſententia in noſtra quæſtione principali, imo quod lex noſtra in hoc ſit valida, & ſeruanda, tanquã concedens bonum publicum, & commune omnium incolarum horum Regnorũ, tenenda eſt, † quia 7
in his quæ concernunt publicam vtilitatem, clerici cõprehenduntur, *vt in l. addictos, & ibi DD. C. de Epiſc. audient.* Qua ratione lex Principis ſecularis prohibens armorum vſum nocte, quia iuſta eſt, & propter bonum publicum clericos etiã complectitur, & palam fit, clericos non poſſe arma portare, quæ lege laicorum ſint interdicta, *c. 1. § ſi clericus de pac. tenend. & eius violat.* & quicuuq; clericus arma prohibita portans, poteſt per iudicẽ ſecularem, eiuſq; miniſtrum ſpoliari abſq; metu excõmunicationis, nec compelli poterit iudex ſecularis a iudice Eccleſiaſtico arma illa reſtituere, quia licet nõ poſſit iudex ſecularis punire clericũ, arma prohibita portantem pœna etiam pecuniaria, ipſa tamen arma, quib. armatus deprehenſus eſt clericus, iuſtiſſime poſſunt eidem auferri, vt bene probat Mexia *in pragm. taxæ panis, conc. 5. n. 58.* & nos latius, alios allegando, *lib 1 pract. q. 12. n. 6.* & dicemus *infra latius, hac q. n. 20.* atq; maximum damnum his Regnis reſultaret, ſi clericus libere liceret extra Regni deferre monetam, frumentum, & alias res vetitas, lippis, & tonſoribus patet.

Et † quod leges prohibentes extrahi frumentum, & 8
ſimilia ab his Regnis, concernant bonum cõmune, & vtilitatem publicam, præterquã quod de ſe eſt notũ probat expreſſe *l. 25. huius tit.* dum dicit: *Mandamos por el prouecho comũ y de mis Reynos, que es proprio mio que ninguno ſea oſado de ſacar fuera de ellos pã, ni legumbres &c.* † 9
Hinc eſt, vt contrarium faciens peccet mortaliter, quãuis ad pœnæ reſtitutionem in conſcientiæ foro ante iudicis ſententiam, & condemnationem non teneatur, *vt ſupra docuimus quæſt. 37. n. 32.*

Sed nec ad reſtitutionem alicuius partis pretii, dum non tranſgreditur legem aliquam, quæ pretium iuſtum taxet frumento vendendo in illo Regno, vbi defertur, & venditur: tametſi vbi damnum notabile his Regnis inferretur ob extractionem ab eis frumenti, contra leges huiuſmodi tam iuſtas, ob bonum commune & vtilitatẽ publicam introductas, videtur quod tranſgreſſores ad damni talis illati ſatisfactionẽ teneantur, ſiquidem contra vtilitatem communem, & leges iuſtas deliquerunt, ex quo Reſpublica læſa valde remanſit. Reſtituendum igitur videtur hoc damnum, etiam ante condemnationem, quod re ipſa experimur his temporibus, quib. ob noſtra peccata maxima fames in his Regnis interceſſit, partim ob ſterilitatẽ annorũ, partim præcipue ꝓpter maximã, & frequentẽ extractionẽ frumẽti ab his Regnis in Portugalliæ ditionem ab iniquis, & peruerſis hominib. quotidie factã, nummorũ auaritia obcæcatis, ex quo viſibiliter magnũ, ac maximũ damnũ, & penuria panis his Regnis ſequutum eſt, ita vt faneca frumenti pluſquã triginta argẽteis venũ detur, & quod peius eſt raro inueniatur, & pauperes quam plurimi fame pereunt per vicos, & plateas miſere clamantes, cũ tamen pluſquã certũ ſit, quod ſi frumentum ab his Regnis non extraheretur, vt ſancte, & pie noſtræ ll. Regiæ prouident, hæc omnia damna ceſſarent, & pane iuſto & moderato pretio veſceremur. Quis igitur dicet hos tranſgreſſores ad ſatisfactionem prædicti damni illati non teneri? Difficilimum tamen eſt cognoſci, cui ſit facienda hæc damni reſtitutio, dato quod ipſa eſſet facienda Reipublicæ loci, vbi frumentum compararunt ad idem extrahendum, vel vltimi oppidi Caſtellæ, per quod extractum fuit, vel toti Regno, cui damnum contigerit, quæ res profecto deberet eos, per quam maxime vrgere, atque terrere, cum etiam ſi velint pœnitere, atque condigne ſatisfacere dubitetur, cui ſit ſatisfaciendum? Bonus igitur vir (hoc eſt, confeſſarius prudens, & diſcretus, omnib. recte penſatis) arbitrabitur an & quantum, & quomodo, & quibus reſtitutio ſit facienda,

Conſulant ergo pro exoneratione ſuæ conſcientiæ, & ſalute animæ huiuſmodi tranſgreſſores prudentes, & religioſos viros, quorum iudicio ſe ſubdant.

Mea tamen ſententia eſt ſub cenſura melius ſentientis, vt quamuis in prædicta ſpecie proculdubio peccet mortaliter, vt in terminis tenet Magiſter Aragon, & Emanuel Rodriguez *ſupr. citati quæſt.37.num.32.cum aliis.* qui nihil tamen dicunt de reſtitutione hoc caſu facienda, prout credo dicerent, ſi ea eſſet facienda: attamen cenſeo minime ad eam faciendam teneri, quia tranſgreſſores huiuſmodi minime peccant contra iuſtitiam commutatiuam, ſed contra iuſtitiam legalem, cuius tranſgreſſio ad reſtitutionem non obligat iuxtam communem omnium Theologorum ſententiam, quam refert D. Couarru. *in regula peccatum. 2.parte. §.3.num.5. de regul. iur. in ſexto. & num.5. lib.2. practicar. quæſt.182. ſub num.4. verſic. nihilominus tamen.* Hodie vero iure nouiſſimo permiſſum eſt frumentum aſportari ex his Regnis Caſtellæ in Regnum Portugalliæ ſoluta decima, vel certis quibuſdam iuribus Regi noſtro, eiuſque conductoribus.

Ob euitanda igitur ſimilia damna licita imo iuſte ſanxit noſtra lex Regia prima huius tituli 18. *Que las penas pueſtas contra los ſacadores de monedas, ayan lugar contra los Perlados y clerigos, y exemtos, y contra qualquier perſona de qualquier eſtado, y dignidad que ſea:* vtpote de bono, & conueniente Reipublicæ regimine, & gubernatione ægens, præcipue cum clerici gratia maioris quæſtus, & negotiationis, id faciant, & ſic cauſſa cupiditatis, & auaritiæ quæ in eis præcipue reprobatur, quia eſt radix omnium vitiorum, & maxime indecens ſtatui Eccleſia-

10 ſtico, & religioni.

Leges namque † Imperatorum regulariter clericos comprehendunt, *c.1.de op.nou.nuntia. & in cap. ſi in adiutorium 10.diſtinctione. & in cap. quoniam. & in cap. de capitulis, & in cap. quis autem, cum multis ibi poſitis.* & probat, atque declarat latiſſime Felin. *in cap. Eccleſia ſancta Mariæ, num.37. de conſtitut.* vbi *num.38. ad fin. cum num. ſequ.* id confirmat ex Beato Thoma, & ſumma Piſana dicen-

11 tibus, † quod leges humanæ, ſi iuſtæ ſunt, habent vim obligationis in foro conſcientiæ, & a lege æterna a qua deriuantur, iuxta illud Prouerb.8. *Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* Et dicuntur iuſtæ tribus modis *ſecundum Thom.* Primo ex fine, ſcilicet, quando ordinantur ad bonum commune. Secundo, ex auctoritate, ſcilicet, quando lex lata non excedit poteſtatem ferentis. Tertio, ex forma, quando, ſcilicet, ſecundum æqualitatem portionis imponunt ſubditis onera ad bonum commune, refert, & ſequitur Mexia *in pra-*

12 *gmat. taxæ panis. concluſ.5. num.40.* † Vbi quod ex hac ratione, pragmatica taxæ panis clericos obligat, *ſecund. Ioann. de Platea, & alios quos ibi citat.* quod etiam latius probauimus, plures allegando, *lib.1.pract.quæſt.180.num. 9. & 10.* & Menoch. *de ſucceſſ. crea. §.10 num.648. verſ. & Hiſpaniæ vſu. & num.661.* teſtatur de communi cum D. Thom.1, *2. q.96. art.4. & 2.2. q.60. art.5.* & allegat alios plures, quod ius ciuile ſi expreſſe nõ reprobatur ab Eccleſia, nec continet in ſe peccatum, debet obſeruari in foro animæ.

13 Hinc etiam eſt † quod ſtatuta, & conſuetudines laicorum circa conſeruationem paſtuum, non ſolum ligant laicos vicinos populi, ſed etiam clericos, & religioſos, qui propter conſeruationem boni publici tenentur ea obſeruare ſub eiſdem pœnis, ſecundum Dd. communiter *in cap. quod clericis. de foro compet. teſte Mexia vbi ſup. d. num.40.* vbi alios citat expreſſa l. Regia 12. hoc diſponens *titul.3. lib.1. noua collect. Reg.* quæ ex ſupradictis iuſta eſt, & ſeruanda, vt latius probauimus *libro primo practicar. quæſtione quarta, numer.3.* & Bobadilla, *en ſu Politica de Corregidores, libro 2. cap. 13. nu.243. cum ſequenti,* Vbi nos, & alios citat. & ſequitur, dicens, noſtrã, & Azeued. ſententiam *in d.l.12.* eſſe magis receptam.

Secundo, † hæc noſtra ſententia principalis, dum probamus deciſionem noſtræ legis primæ, *titul. 18. libr.* 14 *6. nou. coll. Reg.* quatenus comprehendit in prohibitione pœnali extrahendi monetam ab his Regnis, Prælatos, & clericos, alioſque exemtos, eſſe iuſtam, & validam comprobatur, ex *l.1. titul.25. libr.5. nou. colli.* ibi: *Hagan repartimiento por las perſonas de qualquier qualidad, eſtado, o condicion, preeminencia, o dignidad que ſean, anſi clerigos, y perſonas Eccleſiaſticas, como Comendadores, de qualeſquier Ordenes, y Caualleros, y Ciudadanos, y duennas, y donzellas, que eſtuuieren en ſu juriſdicion ſin exceptar perſona alguna, que en la tal ciudad, villa, o lugar tuuiere pan de lo que les perteneciere, que deuen, y pueden vender, y les manden, y apremien a que lo vendan, ſegun les fuere por ellos repartido.* De qua l. Regia late egimus, *lib.1. pract. q.13.* Ratio namq; illius legis, & qua ea ſuſtinetur eſt, propter bonum commune, & totius Reipublicæ neceſſitatem, & ſuſtentationem. Et præd. l. in propoſito citat Bobadill. *en ſu Politica de Corregidores,* lib.2. cap.18. loquens: *En el trigo que ſobrare a las Yglesias, y a los Obiſpos, Clerigos, y Monaſterios que ſe les puede tomar, y pagarſelo para repartirlo entre los probres, o darlo en pan cocido, aunque ellos lo contradigan:* idem Bobadill. *libro 3. c.3. n.13.*

Tertio, † ex reſolutione plurimorum Doctorum, quos refert, & ſequitur Bobadilla *in ſua Politica de Cor-* 15 *regidores, libr.2. c.18. n.245.* quæ habet, quod ſtatuta laicorum clericis vt vicinis conuenientia, quæ nõ ſunt contraria ſuis priuilegiis, ſed præter ea ipſos ligant, & comprehendunt & proculdubio in ipſis fauorabilibus.

Deniq; † & prope in terminis, hanc noſtram quæ- 16 ſtionem principalem tangere videtur Rip. *in tract. de reme. ad conſeruand. vbert. n.122. cum ſequenti.* nempe an ſtatutum vetans exportari frumentum, aliasve res liget perſonas Eccleſiaſticas exportantes, vel exportari facientes eorum annonam: & reſoluit, quod ſi vinum, vel frumentum ſit recollectum ex prædiis Eccleſiæ, clarum eſt, quod ſtatuta laicorum non ligant perſonas Eccleſiaſticas, nec bona Eccleſiarum, *cap. Eccleſia ſancta Mariæ, de conſtitutio.* Si vero frumentum, & ſimilia exportari prohibita, ſint patrimonialia clericorum, dubitari poſſet: Bald. namq; *conſ.198. ſtatutum ciuitates Trigeſte, lib.2.* tenet, ſtatutum non ligare etiam bona patrimonialia ipſorum, per tex. *in l. ſacroſancta Theſſalonenſis Eccleſia, C. de ſacroſanct. Eccleſ. quæ parum facit.* Tandem inquit Rip. *n.123.* quod reſolutio ſtat in hoc: an clerici in bonis patrimonialibus gaudeant priuilegio Eccleſiaſtico, & inquit de hoc dicendum eſſe, vt per Panor. *in dict. c. Eccleſia ſancta Maria, col.3.* vbi late, & And. Siculus, & per Panormit. *in c. fi. de vit. & honeſt. cleric. & in c. ex literis, de pignor.* Hæc Ripa vbi ſupra, non tamẽ aperit reſolutionẽ Abbatis. † Sed Abbas *vbi ſup.* reſoluit regulariter, clericos in bonis patrimonialibus non gaudere priuilegio Eccleſiis competenti, niſi tantum in caſibus a iure expreſſis. Quam opinionem ſequitur, & defendit bene, eã probans, & inde inferens. Felinus *ibi, numer.8. & 9.* addens, idem eſſe, quando eſt omnimoda ratio: quæ doctrina eſt communis ſecund. Deti *ibi n.18.* & Couarru. qui eam ſequitur, & bene probat, atq; infert etiam ex ea *libr.1. variar. reſolution. c.4. nu.3.* vbi gloſſas contrarias nempe, *in dict. c. Eccleſia, & in dict. c. vit. & in dict. c. ex literis,* intelligit, procedere, (ſic eas concilians cum communi) vbi a iure idem conceditur: Eſtque communiter recepta prædicta communis opinio *ſecund. Menchaca de ſucceſſ. creat. §.10. numer.659.* & eundem, *§.22. numer.42.* vbi late probat cum Felin. Couarru. & aliis, idem eſſe in bonis clerico donatis, vt ad ſacros ordines promoueretur ad titulum patrimonii, & plures allegantem Bobadill. *libr. ſecundo de ſu Politica de Corregidores, c.18. n.260.* vbi etiam probat, prædictam ampliationem. Ex hac igitur communi reſolutione, ad quam ſe remittit Ripa *vbi ſup.* bene deduci videtur, Ripam in ſimilibus terminis noſtræ legis prohibentis pecuniam, ſiue monetam extrahi ab his Regnis comprehendere clericos, Eccleſiaſticaſq; perſonas reſpectu bonorum ſuorum patrimonialium: ſed in terminis eiuſdem noſtræ l. primæ hoc ſimpliciter, & indiſtincte probauit Azeued. *in præſenti n.20. & 21.* Quæ ſententia vera eſt indiſtincte in quocunq; genere pecuniæ, ſiue monetæ, quam Prælati, & ceteri clerici, atq; alias exemti extrahere minime poſſunt ab his Regnis per ſe, neque per alios ob rationes ſupra adductas ad defenſionem noſtræ legis primæ ſub pœnis in ea contentis.

Ceterum quæſtio, & reſolutio Ripæ prænarrata minime conuenit ad noſtram, de qua in hac l. agimus: ſiquidem ſi iuxta illam eſſet iudicanda, & decidenda noſtra quæſtio, ſequeretur inde, quod moneta redacta ex prędijs Eccleſię poſſet libere extrahi ab his Regnis. Hoc autem minime eſt dicendum, & præterea Rip. non loquitur in moneta, in qua diuerſa eſt ratio: ſed in vino, & frumento, & ſimilibus ad annonam pertinentibus ex prædijs Eccleſiæ recollectis: in quibus ſpeciebus, tanquam rebus exſiſtentibus Eccleſiæ, merito vt ſtatutum prohibens exportari ſimilia, eas non comprehendat, quia fieret contra libertatem Eccleſiæ: At pecunia & moneta redacta ex fructibus Eccleſiarum eſt genus, & in eo ceſſat priuilegium rebus Eccleſiæ conceſſum: quia prædicta pecunia non eſt in ſpecie res Eccleſiæ, ſed pretium ipſius: Et ideo l. noſtra dum loquitur in prælatis, & clericis, & alijs exemtis, vt contra eos habeant locum pœnæ impoſitæ contra extractores monetæ ab his Regnis, recte procedere videtur ratione boni communis, & propter communem vtilitatem horum Regnorum, quæ omnes reſpicit, & tangit, tam laicos, quam Eccleſias, Eccleſiaſticaſque perſonas, & quia moneta non colligitur ex prædijs Eccleſiæ, ſed fructus, qui locati ſunt pretio conuento.

18 Denique † reſolutio Ripæ communis, de qua ſup in vino, & frumento aliiſq; victualibus de patrimonio clericorum recollectis, neſcio an iure procedere poſſit: cum etiam in his libertas Eccleſiaſtica frangi videatur, ſi extrahi immune non poſſent. Vnde merito opinio contraria & ſic gloſſarum, quarum ſupra meminimus, in praxi admiſſa fuit quinque ſententiis, atque decretis diuerſorum iudicum, ſuper hoc latis in fauorem clericorum, in cauſſa Cleri ciuitatis de Xerez, Archiepiſcopatus Hiſpalenſ. ſuper chirographis, vel ſchedulis dandis clericis per Prætorem ciuitatis (quas vulgo vocant *de Guia*) ad extrahendum vinum, & fructus Eccleſiaſticos, quas Prætor denegauit ſub prætextu, quod dicti clerici negotiabantur, in eum finem, vt gabellam ſoluerent: quo viſo Vicarius Hiſpalenſis inhibuit Prætorem ad petitionem clericorum: Prætor declinauit eius iuriſdictionem, & negotium ad Regium Prætorium Hiſpalenſ. per viam violentiæ delato, fuit remiſſum ad dictum Vicarium, & declaratum, ipſum vim non inferre, & iterum ad Regium Conſilium Supremum, vbi fuit declaratum, non habere locum venire, vt veniebat: & ita cum hoc Vicarius proceſſit in cauſſa vſque ad ſententiam diffinitiuam, quam protulit in fauorem clericorum, & cum ab ea fuiſſet appellatum, & cauſſa commiſſa per Reuerend. Nuntium Hiſpaniæ alijs iudicibus, & eorum cuilibet, iudex Apoſtolicus electus præfatam ſententiam Vicarij Hiſpalenſis confirmauit, & iuſſit reſtitui clericis, quod eis fuerat ablatum: a qua vltima ſententia fuit appellatum, & negotio per viam violentiæ delato ad Conſilium Regium rationum rei dominicæ, remiſſum iterum fuit ad iudices Eccleſiaſticos, & ita fuit finita prædicta lis: Sed poſtea ad inſtantiam Regii Fiſcalis, Rex noſter Philippus Secundus commiſit Præſidibus Caſtellæ iudiarum, & rei dominicæ, & alijs duobus Conſiliariis Conſilij Supremi, vt de nouo de cauſſa cognoſcerent, & iuſtitiam facerent, atque adminiſtrarent, qui ſimul congregati, & re diligenter inſpecta, decreuerunt: quod iudex ſecularis cum ſolo iuramento clericorum eis concederet ſchedulas de Guia, ad expeditionẽ ſuorum fructuum beneficialium, vel patrimonialium, non vero fructuum vinearum, quas conducerent, vel alias, & quod ab eis exigerentur de his iura debita, prout huic Capitulo Eccleſiæ Ciuitatenſ. fuit reſcriptum per Agentem Generalem totius ſtatus Eccleſiaſtici Hiſpanię Matriti reſidentem.

Sed ſi dubitetur, *an clericus ſit negotiator necne in ſupradictis rebus vetitis extrahendis, vtrum iudex Eccleſiaſticus, vel ſecularis cognoſcere debeat, vel poßit, de huiuſmodi cauſſa,* agimus in noſtro tractatu de gabellis. *3. part.*

Sed † quamuis hæc in victualibus de prædijs Eccle- 19 ſiarum, & patrimoniis clericorum recollectis procedant, *vt prædiximus,* in aliis tamen rebus vetitis, quæ non ſint recollectæ ex prædiis Eccleſiarum, & patrimoniorum clericorum, bene procedit deciſio noſtræ legis, quę licet loquatur in Prælatis, & clericis, aliiſque exemtis monetam extrahentibus ab his Regnis, idem tamen eſt in ceteris prędictis rebus vetitis tam per leges, quam per ſtatuta ciuitatum, & villarum, atque locorum, veluti frumentum, vinum, & cetera victualia, quæ exportaſſent a iuriſdictione, quia hæ res ſunt etiam vetitæ propter bonum vniuerſale clericorum, & laicorum, ita in terminis, amplians noſtram legem, tenet Bobad. *in ſua Politic. de Corregidores, lib.2. cap.18. num.117.* qui dum generaliter loquitur, debet intelligi, reſtringi, & limitari, vt procedat ſua prædicta ampliatio in vino, frumento, & aliis victualibus vetitis, præterquam in recollectis a prædiis Eccleſiarum, & patrimoniorum clericorum per ſupradicta.

Erit † tamen circa prædicta obſeruandum, quod cle- 20 rici Eccleſiaſticæque perſonæ extrahentes ab Hiſp. Regnis monetam, aliaſve res exportari prohibitas, non ſunt conueniendi ſuper hoc, nec pœnæ exſequendæ contra eos coram iudice ſeculari, ſed coram ſuo Eccleſiaſtico competente, ſicut in ſimili caſu in clerico, nempe inuento cum armis, vt pœna delationis armorum contra eum peti non poſſit coram iudice ſeculari, ſed Eccleſiaſtico, tenuit Platea *in § item lex Iulia. Inſt. de publ. iudic. colum.4. in verſ. item nunquid, ſequitur Mencha. de ſucceſ. creat. §.10. num.648. verſ. denique,* & nos quoque ſequuti ſumus, plures alios citando, *Lib.1. practicarum quæſtion. q.12. num.5. verſ. rurſus, cum ſeqq.* vbi reſoluimus, quod reſpectu captionis armorum, iudex ſecularis, ipſiuſq; miniſter poſſit clericum quemcunq; arma portantem eis ſpoliare. Reſpectu vero alterius pœnæ pecuniariæ, vel correctionis in perſonam clerici faciendæ propter delationem armorum vetitorum, coram ſuo iudice Eccleſiaſtico ſit conueniendus. Idem probat Petrus Platea, *de delict. 1. tom. cap.8. num.25. & 26. Mexia in pragmat. taxæ panis, concluſ.5. numer.58. cum ſequenti. & Salzed in pract. crim. Bernard. Diaz, cap.55. verſ. pro quo etiam, pag.167. cum ſequenti,* & nos referens Azeued. *in l. 4. numer.2. cum ſequentib. titul.6. hoc libr.6.* & plurimos alios citans, bene probat, & confirmat, atque communem profitetur nouiſſime Bobadilla *en ſu Politic. de Corregidores, libr.2. cap.18. num.66. cum ſequentibus,* vbi quod ita practicatur indubie in his Regnis, *& numer.67.* limitat in duobus caſibus habita licentia ſuperioris, *que ſon yendo camino, o a ſus heredades,* licet fateatur eſſe ſuſtentabilem contrariam ſententiam Redin, nempe vt etiam quoad condemnationem pœnæ pecuniariæ ſit iudex ſecularis competens contra clericos deferentes arma, ſicut eſt ad ſpoliandos eos prædictis armis, & nihilomi-

nus ſe ſemper practicaſſe opinionem Ioan. de Platea, ſequentium, tenentium contrariam, & ſecurius & iuridicum, & ita communiter practicatur.

21 Ex quibus Mexia *dict. concluſ. 5. numero 71. cum ſequenti.* idem recte probat in clericis vendentibus frumentum vltra taxam Regiæ pragmaticæ, vt debeant quidem per iudicem Eccleſiaſticum capi, & puniri, non vero per laicum: † limitat tamen,
22 niſi quando iudex Eccleſiaſticus requiſitus dictam pœnam clerico infligere recuſaret, aut negligens eſſet, plus ve debito differret, ſicque accipiendum eſſe ait, quod tradit D. Couarru. *pract. quæſtion. capit. 33. column. penultima* dicens fortaſſis Eccleſiaſticum iudicem non teneri mulctare clericos tranſgreſſores illius pragmaticæ, pœna per eam ſtatuta, ſed poſſe eos aliis pœnis Iuris Canonici, & pecuniaria mulcta eos punire, argumento eorum, quæ in armorum vſu lege Regia vetito, tradunt Ioann. Faber. & alii, quos ibi refert, quorum meminimus, *dicto libro 1. practicarum quæſtionum, quæſtione 12. numero 5.* nempe vt procedat, quando ſufficienter puniret: ſecus ſi leuem pœnam imponeret: nam tunc iudex ſecularis poſſet ſe intromittere, & vſque ad debitam pragmaticæ eiuſdem pœnam ſupplere, ex communi opinione Alciati, *in capit. 1. de offic. ord. in gloſ. fin. & aliorum*, quos ibi refert, præcipue Couarru. *libro 2. variarum, capit. 10. numero 6. & Anton. Gomez. 3. tom. variarum capit. 1. numero 40.*

Hæc tamen Mexiæ limitatio mihi non placet contra clericum, in quem nullam poteſtatem, aut iuriſdictionem in prædict. ſpecie habet iudex laicus, ſed ſuperior Eccleſiaſticus erit tunc adeundus, ſi inferior iniuſte procederet, aut omiſerit, vel denegauerit facere iuſtitiam, non tamen vllo pacto iudex laicus. Alias enim eſſet ſuperior iudicis Eccleſiaſtici, quod eſt abſurdum, & nullomodo concedendum. Nec communis opinio adducta per Mexi. pro ſua limitatione quicquam vrget, quia loquitur in criminibus mixti fori contra laicos: non vero in clericis, in quos nullam iudex ſecularis habet iuriſdictionem, niſi ſint degradati, & ad eum relaxati pro punitione in caſibus, in quibus hoc de iure locum habet.

23 In propoſito igitur noſtræ legis 1. in quo paulo ante loquebamur, eodem modo diſtinguendum eſt, vt ſiquidem clerici deprehendantur extrahentes res vetitas, poſſint eis ſpoliari per iudices, & miniſtros iuſtitiæ ſecularis, pro aliis vero pœnis contra ipſos infligendis, conueniri non poſſint coram iudice ſeculari, ſed coram ſuo competenti Eccleſiaſtico conueniendi neceſſario ſint: quod & comprobatur ex traditis per nos, *libro 1. practicarum quæſt. 4. per totam* circa intellectum, *leg. 12. tit. 3. libro 1. nou. collect. Regia*, de quibus ſupra in hac quæſtione egimus, & in terminis de quibus hic agimus, poſt hæc ſcripta inueni tenere Bobadillam *in ſua Politica de Corregidores, lib. 2. c. 18. nu. 117. ante finem.*

Et cum his remanet bene probata, atque fundata prædicta noſtra ſententia, & defenſio huius noſtræ legis primæ. Supereſt vt, modo reſpondeamus fundamentis contrariæ partis. Et primum quidem non obeſt, quia negamus, legem noſtram eſſe contra liber-
24 tatem Eccleſiaſticam, † quia quando lex ciuilis poteſt afferre commodum, & incommodum, non dicitur præiudicialis, nec contra libertatem Eccleſiaſticam, vt probat Mexia *dict. concluſione 5. numero. 16. poſt Abbatem, in dict. capit. Eccleſia Sanctæ Mariæ, numero 13. de conſtitutio*: vbi bene infert & ibi Felinus, *numero 66.* Quinimo eſt introducta pro bono publico, & communi totius Regni, quo caſu ob promiſcuum, & totius Reipublicæ vtilitatem (de qua ſunt clerici) defendi poteſt doctrina Bart. *vbi ſupra* licet alias ſit communiter approbata, vt probat late Felin. *in dict. caput Eccleſia ſancta Maria numero 81.* quem ſequitur Couarruu. *in dict. regula poſſeſſor. 2. parte, §. 4. num. 8. verſ. tertium, præcipue ibi, quæ licet communiter*, quem refert & ſequitur Mexia *in prag. taxæ panis, prima concluſ. n. 35.*

Nec obſtat quod noſtra hæc lex prima expreſſe loquatur, ac diſponat contra clericos, & perſonas Eccleſiaſticas, & ſit contra primum membrum diſtinctionis, Bart. *in dict. l. de quibus, & in dict. l. cunctos populos, vt ſupra diximus*, Ergo non valet ex defectu iuriſdictionis, Nam vt ſcribit Panormitan. *in repetitione dict. cap. Eccleſia ſancta Maria, columm. 5. ante num. 16. poſt alios Doctores, & Felin. ibi 15. column. ante numerum 41.* † Limitatur ea communis ſententia, vt non procedat, quando huiuſ- 25
modi lex fundata ſit ſuper naturali ratione: tunc namque comprehendit clericos ipſos, & perſonas Eccleſiaſticas, ſuper quibus diſponit: non quidem ratione ciuilis legis, & quatenus per ſecularem poteſtatem eſt lata, ſed ex vi naturalis rationis, ſuper qua fundatur, argumento, *capit. paſtoralis, de fide inſtrument. & eorum, quæ Afflictus tradit in præludio conſtit. Neapol. quæſt. 7. num. 2.* Nec enim text. ciuilis eo, quod nominatim meminerit clericorum, odio dignus haberi debet ſed potius laude, & gratia, vt cum Mencha. *lib. 1. controuerſ. vſufructus cap. num. 9. verſ. ergo omnes*, probauit Mexia *vbi ſupra dict. concluſ. 5.*
n. 36. † & tex. *in d. c. Eccleſia ſancta, Maria & d. c. quæ in Eccleſi.* 26
de conſtitutio. & cap. fin. de rebus Eccleſ. non alien. loquuntur, & procedunt in ſtatutis, & conſuetudinibus laicorum ſolum odioſis, & quæ grauamen clericis inferunt, illa enim clericos non ligant, nec res ipſorum, & ita accipienda ſunt, *dict. auth. caſſa, & irrita. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & d. cap. 1. de conſuetudin. & cap. clerici, de iudiciis, & cap. cauſſam, de re iud. cum ſimil.* ſecundum eundem Mexi. *ibi, nu. 54. & 53.* inquit eſſe receptum, † omnes leges ciuiles, quę 27
circa res humanas, caducas, & terrenas diſponunt, clericos tenere, non ſecus quam laicos, niſi quibus caſibus per leges Canonicas iuris ciuilis ſpecialiter eſt derogatum, *cap. 1. & 2. de oper. nou. nuntia.* & eſt communis opinio *ſecund. Mencha. de ſucceſ. creat. §. 10. numero 87.* quod probat cum aliis Mexia *vbi ſupra num. 37.* vbi *numer. 38.*
† præcipue hoc probat, quando lex ciuilis non facit
notabile præiudicium perſonis Eccleſiaſticis, tunc nam- 28
que ſeruari debet etiam inter clericos, vt ex pluribus docet Felin. *in dict. cap. Eccleſia ſancta Maria, numer. 88. & 90.* & cum ad obuiandum fraudibus eſt ſancita, etſi in conſequentiam contra Eccleſiam veniat, vt in notabili caſu, in facti contingentia conſuluit Petrus Ancharan. *conſilio. 11. factum ſuper quo petitur*, & Gozadin. *conſilio 5. incipienti, an in quæſtione, n. 22.*

Sed lex noſtra prohibet, laicos & clericos extrahere ab his Regnis monetam, &c. ob bonum commune, & totius Regni vtilitatem, atque ad obuiandū fraudibus naturali ratione, & æquitate fundata, vt noſtra Regna abundent potius diuitiis, & victualibus, aliiſque ad vitam humanam per agendam neceſſariis naturalibus egentibus, quam ad exteros deferantur, quia charitas bene ordinata incipit a ſe ipſo, Ergo iuſta eſt, & ſeruanda.

Præterea † vt inquit Fortuuius Garſia *de vltim. fi.* quē 29
refert, & ſequitur Couarruu. *in 4. 2. part. cap. 6. num. 18. & 19. cum ſequentibus*, lex Principis ſecularis in quacunque re diſponat, etiam ſi mentionem clericorum faciat, ſi iuſta ſit, & honeſta nec canonibus contraria, ſeruari debet, quod & ſequitur Mexia *vbi ſupra, num. 11. addens nu. 12. ex Hoſtienſ. in capit. fin. de ſolutio. Abb. & Felin. in dict. capit. Eccleſia ſancta Maria.* Regulam eſſe, quod leges ciuiles clericos comprehendant, quos refert, & ſequitur Carolus Ruinus, *conſilio quarto proponitur in themate, volum. 5. numero 11.* nec

Nec limitationes Felini *vbi ſupra* ad hanc regulam, noſtrum caſum comprehendunt, & vltra ſupradicta, quādo ſtatutum laicorum liget clericos, & quando non, videndus eſt Tiberius Decian. regulam negatiuam ponens cum ampliationibus, & limitationibus in *primo tomo tracta. crimin. lib. 2. cap 31. num. 3. cum pluribus ſequentibus.* Eandem partem negatiuam probauimus *libr. 1. pract. quæſtion. 12. num. 4.* & idem Decian. *primo tom. lib 4. cap. 9. numero. 59.* & nobiſcum Bobadilla, *en ſu Politica de Corregidores lib. 2. cap. 18. num. 96. ad finem.*

Secundum etiam fundamentum contrarię partis de ſententia communi, quæ habet, quod ſtatutum prohibens bona in eum, qui ſubditus non ſit, alienari, mi-
30 nime comprehendat Eccleſiam, non obeſt, † quia illa non procedit, quando ſtatutum Reipublicæ communitati conueniat, maxime ad eius, vel tutelam, vel regimen, quod res quædam in Eccleſiam, aut clericos minime tranſeant, vel transferantur: tunc enim ſtatutum id validum erit, & aduerſus Eccleſias obtinebit, vt cum Cardin. *conſ. 144 Ioan.* Croto *in dict. §. diui, col. 24. & ibi Lazes, num 424. &* Federicus de Senis, *conſil. 35. incipienti, ſtatuto ciuitatis*, probauit D. Couarruu. vbi ſupra in *verſic. hoc etiam fulcitur*, quos etiam citaui in hunc ſenſum intelligendum iuxta has cottas allegatas, *lib. 3. pract. quæſtion. 17. & 18. num. 278.* Eandem ſententiam cum Couarru. & ceteris probat Mexia *in pragmatica taxæ panis 1. concluſi. num. 18.* ſic concilians dictas opiniones contrarias, nempe cōmunem ſupradictam cum alia contraria, quas retulit Tiraquellus *poſt leges connubiales gloſ. 6. num.*
31 *168 & 169.* † Exemplum huius rei habemus apud Felin. *in dict. cap. Eccleſia ſanctæ Maria num. 88.* nempe quando non fiat notabile præiudicium Eccleſiis, & appareat aliqua cauſſa rationabilis, per quam moti fuerunt ſtatuentes, veluti ſi ſtatutum diſponat, quod certa bona, quæ ſunt in confinibus, non alienentur in non ſuſtinentes onera, ne poſſit contingere finium variatio, vel quod aliquæ domus, quæ ſunt ad vſum publicum, (licet ſint ſingulorum,) non poſſint transferri in non ſubditum, ne contingeret quod ab illo, in quem translatæ fuerint, non poſſint haberi in locationem pro vſu publico, vt quia ille locare nollet, vel non ſine magno emolumento, in quo præiudicium fieret communi.

SVMMARIA.

1 *Coloni clericorum pro fructibus beneficiorum, & Eccleſiarum circa extractionem eorum a territorio an ſint priuilegiati, exemti, & ſicut ipſimet clerici, & Eccleſiæ, & numeris ſequent. reſoluit num. 4. cum ſeq. quod non gaudeant prædicto priuilegio.*

2 *Coloni gaudent priuilegio Eccleſiæ, & quomodo intelligatur, numer. 10.*

3 *Statutum, quo cauetur, quod coloni Eccleſiarum teneantur pro ipſis ſoluere collectas non valet.*

4 *Coloni Eccleſiæ quoad fructus a ſolo ſeparatos, qui ſunt in dominio ipſorum, non gaudent priuilegio Eccleſiæ, nec eius immunitate.*

6 *Coloni Eccleſiæ circa fructus eius quando gaudeant priuilegio Eccleſiæ, & quando non: optima diſtinctio.*

7 *Colonus Eccleſiæ exemta tenetur ad decimas, licet ipſa Eccleſia non teneatur, & quomodo hoc intelligatur.*

8 *Coloni Eccleſiarum colentes, & adminiſtrantes earum bona, & perſonarum Eccleſiaſticarum, & in earum, vel eorum domib. & fundis habitantes, gaudent exemtione Eccleſiaſtica quoad id, quod attinet ad Eccleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, & non plus.*

9 *Coloni partiarii, & villici Eccleſiarum, vel clericorum in parte fructuum, quam accipiunt, non habent immunitatem.*

11 *Ciuitas non tenetur in rebus ſuis difficultates pati pro commodis Eccleſiæ.*

12 *Statutum prohibens frumentum aſportari, ligat etiam ementes frumentum ab Eccleſia.*

13 *Colonus Eccleſiæ ſemper pro eius rata eſt exemtus, quando alias nimis grauaretur, & aliter colonos ſic de facili non reperiret, vel ſi eos reperiret, multo minorem penſionem, & redditum Eccleſiæ pro locatione ſuorum prædiorum redderent.*

14 *Coloni Eccleſiæ tenentur ad collectas pro eorum rata, præmaxime quando pro portione fructuum ſunt impoſitæ: idem eſt de aliis oneribus, & impoſitis pro reficiendis viis, pontibus, & fontibus, tribus concurrentibus, vt in num. 15. ſed hoc repetent ab Eccleſia, vel a redditu deducent, vel reputabunt, vt in nu. 16.*

17 *Coloni quando ex caſibus priuilegii complecti intelliguntur.*

18 *Conceſſio immunitatis in dubio cenſetur eſſe perſonalis, & ſic non tranſit ad ſingulares ſucceſſores.*

QVÆSTIO XXXIX.

In eadem l. 1. & ſeqq.

QVÆRO † vlterius, *an eo caſu, quo lex, vel ſtatutum* 1
vetans vinum, vel frumentum, aliaque victualia extrahi a territorio non comprehendit, nec ligat clericos Eccleſiaſticaſque perſonas, veluti in fructibus beneficialibus, & Eccleſiarum, liget & comprehendat colonos Eccleſiarum.

Et videtur, prima quidem facie pars negatiua probanda, quia ſi non ligat Eccleſias, non ligat earum colonos, † gaudent namque coloni priuilegio Eccleſiæ,
cap. non minus, de immun. Eccleſ. l. 2. C. de Epiſcopis. & cle. tex. 2.
in c. Eccleſiarum ſeruos. 12. quæſt. 2.

Secundo quia, ſi non liceret colonis Eccleſiarum libere exportare fructus perceptos ſuper bonis Eccleſię, per indirectum læderetur Eccleſia, quæ non inueniret colonos ita faciliter, nec qui tanto pretio conducerent prædia Eccleſiaſtica, ac ſi prædictis colonis permitteretur exportatio fructuum: Sed ſtatuta, quæ per indirectum lædunt ius Eccleſiæ, non valent quatenus Eccleſiæ præiudicant *cap. finem de immun. Eccleſ. libr. 6* † & ideo non valet ſtatutum,
quod coloni teneantur pro Eccleſia ſoluere collectas, 3
quia per indirectum præiudicaretur Eccleſiæ, *ſecund. Bald. in l. 1. C. de Epiſcop. & cler. Angel. in authem. de non alienan. §. quia vero.* Ergo nec hoc ſtatutum, de quo agimus, vel lex ligabit colonos Eccleſiæ.

Sed his non obſtantibus, contrarium in terminis no-
ſtræ quæſtionis verius eſſe credit Ripa *in tract. de re-* 4
med. ad conſeruand. vbert. num 127. atque ita eſt tenendum, † quia coloni Eccleſiæ quoad fructus a ſolo ſeparatos,
qui ſunt in dominio ipſorum, non gaudent priuilegio 5
Eccleſię, nec eius immunitate, iuxta gl. *verbo nō negotiandi*, ibi: vbi etiam arguit contra emtores redditum clericorum, in *Clementina præſenti, de cenſibus*, & ibi communiter DD. tenent Dominicus, & Philip. Franc. *in c. quanquam eod. tit. in 6. Dyn. Bart. Imol. & communiter DD. Legiſtæ. in l. licitatio, § fi. ff. de publica. & vectig.* ex quibus, & aliis pluribus quos citat, hanc appellat communem ſententiam Rip. *vbi ſup.* & Villalobos *in verſ. Eccleſia num. 3. Caualcan. in tract. de vſufructu, num. 163. Duenn. reg. 120. Aegid. Thomaſius de munere, & collect. §. quiſpiam, nu. 7. 8. & 9. Boerius deciſ. 213 nu 18. Capra reg. 96. n. 93. Alciat. conſ. 14. Carauita ritu. 40. n. 20.* & hæc eſt cōmuniſſima opinio, ſecundū. quam pluries fuit iudicatum, *teſte Caualc. deciſ. 44 n. 97. Guid. Papa ſingul. 273 latius Menoch. conſ. 180. n. 8. Vincent. Carrot.* qui ſupradictos, & alios plures in idem citat. *in tractat. locati, & cōduct. 4. p. tit. de collect. n. 30 f. 210.* † Ex qui-
bus omnib. colliges, hanc eſſe cōmunē reſolutionē, vt 6
ſiquidē bona ſint exemta, & priuilegiata, ſequantur quemcunque poſſeſſorem, dummodo retineant idem nomen, & ſic fructuarius, vel colonus non tenebitur ad collectas, onera & gabellas, ſuper illis impoſitas,

pro fructib. autē bene tenetur, cum patrimoniū vſufru-
ctuarij dicatur. Si autē priuilegiū eſſet perſonale, vt eſt
clericorum, & aliorum bene meritorum exemtorum,
tunc ſi ipſe vſufructuarius non eſt exemtus, & priuile-
giatus, tenetur ad collectas, quia mutatione perſonæ
mutatur conditio ſtatus. Cum igitur onus gabellæ, &
prohibitio exportationis reſpiciat fructus ipſos colle-
ctos, qui ſunt in domini coloni, *leg. 1. & ibi notat Bart. C.
de ann. & tribut. libr. 10.* merito vt colonus ligetur dicto
7 ſtatuto, ſicut dicimus, † quod onus decimæ reſpicit fru-
ctus, & adeo colonus Eccleſiæ exemtæ tenetur ad de-
cimas, licet ipſa Eccleſia non teneatur, *ſecund. Inno-
cent. in c. cum non ſit, de decimis, & Ripa vbi ſupra numer. 128.*
Quod intelligendum eſt pro parte colonorum priuile-
giatorum, & religioſorum, vt pro eorum parte tenean-
tur ad decimas perſoluendas, ſi priuilegium eſt perſo-
nale, & non reale: ſecus ſi ſit reale, iuxta gl. *verbo
excollendas ibi, ſed num quis, & ibi Cardinal. in Clementina. 1.
q. 22. de decimis,* vbi in colono cenſuali, & ſimilibus, *Bald.
conſ. 31. col. 1. vol. 1. Ioa. de Amic. conſ. 18. col. 2. Fredericus de Se-
nis conſ. 111. Roland. a Valle conſ. 61. num. 15. vol. 4. Burſat. conſ.
15. num. 3. & conſ. 47. num. 14.* & hos referens Carrot. *vbi
ſup. num. 20. vbi num. 21.* quod conſuetudo attendenda eſt,
& *num. 23.* limitat in decimis Papalibus, quas ſoluere
tenentur domini, & ſublimitat in Cardinale, & eius cō-
ductore, quia eodem priuilegio vtitur, *Vincent. Franch.
deciſ. 107.* qui eſt videndus. Eandem diſtinctionem gloſ.
ſequuntur Tiraquel. *in leg. ſi vnquam, verbo, libertis, nu. 8.
C. de reu. don. Greg. Lop. in l. 4. gloſ. fin. tit. 20. p. 1. Roland.
a Vall. d. conſ. 61. num. 11. lib. 4. Menoch. conſ. 905. num. 3. vol.
8 10. & Azor in ſumma tit. de decim. q. 7. pag. 714.* † Exem-
tio enim Eccleſiarum extenditur ad colonos, colentes
& adminiſtrantes bona Eccleſiarum, & perſonarum
Eccleſiaſticarum, & in earum, vel eorum domibus, &
fundis habitantis, quo ad id quod attinet ad dictas Ec-
cleſias, & perſonas Eccleſiaſticas, & non plus, *vt in d. c.
Eccleſiarum ſeruos 12. q. 2. c. ecs. 87. diſt. c. generaliter. §. no-
uarum, & c. ſimiliter. 16. q. 1. Luc. de Pen. in l. 2. verſ. hæc fa-
ciunt, C. de nauic. non excuſ. lib. 11. Bart. in l. 1. C. de Epiſc. &
cler. Bald. per text. ibi in l. hi penes quos. C. de agricol. & cenſit.
lib. 11. Petr. Duenn. reg. 100. ampl. 2. Greg. Lop. in l. ſi vero, que
moran en elles, tit. 6. p. 1. Roland. a Vall. conſ. 61. num. 4. vol.
4. Tib. Decian. in tractat. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 58.
& alios referens Bobad. en ſu Polit. de Corregidores, lib. 2. cap.
9 18. num. 266.* † vbi quod partiarij, & villici Eccleſiarum,
aut clericorum in partefructuum, quam accipiunt, non
habent immunitatem, & Federi. de Senis *conſ. 106. in-
cipienti quæſtio eſt, Ambar. in c. quanquam de cenſibus. & P.
Greg. in ſyntag. iur. 1. p. lib. 3. cap. 8. num. 2. Roland. a Valle d.
conſ. 61. num. 14. vol. 4.*

10 Ad † fundamenta ſupra in contrarium adducta re-
ſpondemus, & primo non obſtat text. *in d. c. non minus
cum ſimil.* quia loquuntur in colonis adſcriptitiis, & ſer-
uis perpetuis ipſius Eccleſiæ: nos vero loquimur in co-
lonis liberis, inter quos eſt longa differentia, *vt per Feder.
de Sen. conſ. 5. & Geminia. in c. quanquam ad fin. de cenſibus,
lib. 6.*

Ad ſecundum, quod grauaretur Eccleſia per indire-
ctum, &c. reſpondemus, quod iſta ratio procederet, ſi
Eccleſia per indirectum damnum pateretur: ſecus ſi per
indirectum ei lucrum auferatur, vt in caſu noſtro, in
quo portio coloni prohiberetur aſportari, argumento
11 *l. ſi venditor. §. fin. ff. de ſeru. exportand.* † & quia non tene-
tur ciuitas pro commodis Eccleſiæ in rebus ſuis difficul-
tates pati, *in l. 2. C. de ſeruit. & aqua: ita Bald. conſ. 496.
punctus, lib. 4.* quem refert & ſequitur Rip. *vbi ſup. n. 128.*
12 † inde inferens, quod iſtud ſtatutum ligat etiam eos, qui
emerunt frumentum ab Eccleſia, quod firmat Bald.
conſ. 30. ſtatuto ciuitatis Aſtenſis, lib. 1.

Hæc tamen reſponſio ſufficiens, aut concludens non
videtur, ſiquidem damnum Eccleſiæ eſt, quod non in-
ueniat colonos ita faciliter, nec qui tanto pretio condu-
ceret prædia Eccleſiaſtica, quandoquidem ex hoc per
indirectum diminueretur redditus Eccleſiaſticus, & mi-
niſtri Eccleſiarum egerent, atque proinde cultus diui-
nus minueretur.

Quare † verius cenſeo, eſſe tenendum, atque dicen- 13
dū, vt colonus Eccleſię, ſemper pro eius rata ſit exemtus,
quando Eccleſia alias nimis grauaretur, & aliter colo-
nos ſic de facili non reperiret, *ſecund. Ioa. de Amic. conſ. 18.
n. 3. Burſat. conſ. 24. n. 19. vol. 1. Feder. de Sen. conſ. 111. Iaſ. in l. v-
nic. col. vlt. de indict. viduit. tollen. Cotta in verbo. colonus, Vinc.
de Anna. ſing. 99.* quos refert & ſequitur Carrot. *in tract. loc.
& conducti. 4. p. tit. de collect. ſub nu. 34. verſ. 2. dici poſſet.* Et
quamuis hi auctores non loquantur in terminis d. ſtatu-
ti vetantis exportari a territorio frumentum, vinum, &
cetera victualia, ſicut loquitur Rip. loquuntur tamen
generaliter in exemtione Eccleſiæ, & dicunt, quod eius
colonus ſemper pro eius rata ſit exemtus, quando alias
Eccleſia nimis grauaretur, quia aliter colonos ſic de fa-
cili non reperiret, tum etiam quia ſi eos reperiret, multo
minorem penſionem, & redditum Eccleſiæ pro locatio-
ne ſuorum prædiorum redderent. Vnde merito quod ſi
in hoc nimis læderetur Eccleſia, huiuſmodi ſtatutū non
liget colonos, alias ſecus. & hoc modo temperari, & re-
ſtringi poteſt præfata Ripæ opinio.

Ad † gabellas tamē coloni Eccleſiæ tenentur pro eo- 14
rum rata, præmaxime quando pro portione fructuum
ſunt impoſitæ, vt colligitur ex prædictis locis, & tenent
præterea Burſat. *conſ. 25. & Pedemont. deciſ. 73.* quos re-
fert & ſequitur Carrot. *vbi ſupra.*

Declaratur † etiam materia colonorum priuilegiato- 15
rum, vt teneantur ad gabellas, onera, & alia impoſita pro
reficiendis vijs, pontibus, & fontibus, *ſecund. Feder. de Se-
nis conſ. 11. n. 9.* & hæc eſt communis opinio, vt plurimis
relatis affirmat Carrot. *vbi ſup. n. 35.* vbi *n. 36.* eam ex aliis
ampliat, vt procedat etiam, quoad onera, & collectas
impoſitas, & ſubrogatas in locū ſupradictorū onerum,
& nu. 39. ſubdeclarat tribus concurrentibus, ſcilicet, de
licentia Pontificis, vel Epiſcopi ex cauſſa valde vrgenti,
& neceſſaria, & quoad ſolutiones laicorum non ſuffice-
rent, & ſic in ſubſidiū, vt late conſuluit Collegiū Tauri-
nen. *inter conſil. feudal. conſ. 3.* & late Tib. Dec. *conſ. 51. vol.
3. Caualc. deciſ. 44. ſub n. 100.* His namq; concurrentib. in
prædicta ſpecie Eccleſia, & clerici tenentur contribuere,
vt late probauimus in *noſtra iuris allegatione pro ſtatu, vni-
uerſ. Eccleſiaſt. horum Regnorum, ne teneretur ad ſolutionem,
de los millones,* quā Madriti typis mandauimus dum eſſe-
mus in congregatione Eccleſiarū, eius impenſis, & iuſſu:
& probat etiā nouiſſime Bobad. *vbi ſup. nu. 313.* † Vnde 16
quod colonus Eccleſiæ in hac ſpecie pro Eccleſia ſolue-
rit, ab ipſa repetet, vel a redditu deducet, vel reputabit,
niſi aliter in locatione conuentum fuerit, cuius lex in
hoc erit obſeruanda.

Sed & alias declarationes in materia collectarū colo-
norū Eccleſiæ, vel clericorū, congerit Carrot. *vbi ſup. n.
30. cum ſeq.* quæ ſunt videndæ, quoties opus fuerit: illa ta-
men nō eſt in tranſitu omittenda, quā ponit *n. 42* † ſci- 17
licet quando ex caſib. priuilegii colligitur cōplecti colo-
nos, puta ſi ſit appoſitū in perpetuū. Sylua *conſ. 3. n. 11. Al-
ciat. reſpon. 203. n. 10. Boſſius de princip. n. 184.* vel niſi appoſita
ſint verba geminata, puta tali familiæ: *Alban. conſ. 62.* &
inquit Carrot. *n. 43.* quod in his caſib. priuilegiū præſu-
mitur perſonale, *Bar. in l. 1. ff. de conſtit. Princip. Alex. conſ.
86. col. 1. vol. 1. & 101. in fin. eodem vol. & 76. in princ. vol. 6. &
Iaſ. conſ. 89. col. 2. n. 9. lib. 3.* & ibi noua additio alios allegat,
& Ant. Gab. *de reg. iuris conclu. 1. ſub n. 66.* † dicunt tamen 18
hi DD. quod in dubio cōceſſio imunitatis cenſetur eſſe
perſonalis, & ſic non tranſit ad ſingulares ſucceſſores.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Saccus in quo exportatur frumentum, an amittatur ſicut & ipſum frumentum, & numeris ſequent. probatur num 3. pars negatiua.*
2 *In legato vini comprehenduntur, & veniunt dolia.*
5 *Merces mixtæ cum frumento confiſcantur.*
6 *Armis confiſcatis an vagina cenſeantur amiſſa, & num. 8.*
7 *Equo amiſſo an eius ornamenta amittantur.*
9 *Exportans, vel importans res vetitas ſimul cum permiſſis, an amittantur omnes?*

QVAESTIO XL.

1 QVÆRO † etiam circa eaſdem ll. Regias, *dict. tit. 18.
libr. 6 noua collect.* prohibentes extrahi ab his Regnis
frumentum, &c. *an etiam ſaccus, in quo exportatur frumen-
tum amittatur, ſicut & ipſum frumentum?* Et videtur pars
affirmatiua probanda, argument. *l. qui ſaccum, ff. de fur-
tis,* & quia ſaccus eſt quid acceſſorium ad ipſum fru-
mentum, ergo debet ſequi ſuum principale, *argument.
l. eos, cum vulgar. C. de vſuris.*

2 Denique, † quia in legato vini comprehenduntur, &
veniunt dolia, *l. nam quod liquide, in princ. ff. de penu leg. l.
5. ad fin. verſ. Otroſi deximos, tit. 33. part. 7.* Et in terminis
noſtris, de ſacco, in quo aſportatur frumentum, hanc
partem tenet D. Caſtillo *in l. 1. Tauri, fol. 18. col. 2. verſ. &
nota* & eam voluit etiam (quamuis dicat eſſe in hoc con-
trouerſam) Bobad. *in ſua Politica de Corregidores. lib. 4.
3 cap. 5. num. 32.* † Nihilominus tamen contrarium in no-
ſtra ſpecie tenent, & probant rectius Baldus, & Salyc. *in
l. 3. C. de nau. fæno,* quia in pœnis ſtrictiſſima facienda eſt
interpretatio. *l. interpretatione, ff. de pœnis,* & quia res quæ
ſine corruptione ſubiecti poſſunt ſeparari a re confiſca-
ta, non comprehenduntur in ipſa confiſcatione, *arg. d.
l. nam. quod liquide.* Denique bene facit *d. l. nam quod li-
quide. in princ. verſ. vaſa autem,* vbi in legato penoris, quod
eſt fauorabile, non veniunt vaſa. Ergo in confiſcatione
odioſa, confiſcato frumento, non cenſentur confiſcata
vaſa. Et ita merito hanc etiam partem probauit, Ber-
tachin. *de gabellis, q. 12. & ſequenti, parte vltima,* & Ripa
*in tract. de remed. ad conſeru. vbert. num. 131. Mexia, in pra-
gmatica taxa panis, concluſ. 1. num. 15. & Azeued. in l. 25. ti-
tul. 18. num. 16. 18. & 19. hoc libr. 6.* vbi dicit communem,
4 *& num. 28.* † vbi eam limitat in alijs mercibus mixtis
cum frumento, quia tunc omnes confiſcantur, & voluit
in tranſitu Bobad. *vbi ſupr. libr. 1. cap. 13. num. 106* Et ita eſt
5 tenendum. † Limitatur tamen hæc opinio, vt non pro-
cedat, quoties lege vel ſtatuto aliud diſponitur, tunc e-
nim ſaccus, & plauſtrum, & ſchpaha, & aſinus confiſca-
bitur, *vt in l. 25. titulo 18. hoc libr. 6.* & ibi Azeued. in ter-
minis notat, *num. 20. & 21. & num. 22.* quod de iure, &
conſuetudine fieri poteſt, & valet ſtatutum, & conſue-
6 tudo *ſecund. Bald. & Franciſcum Licea, quos citat.* † Sicet-
iam inquit Mexia *vbi ſup.* circa intellectum pragmaticæ,
de las dagas y punales, quod amiſſa, & confiſcata ſica, vel
pugione, vaginæ non cenſentur amiſſæ, & quod ita et-
iam intelligi debent, & practicari poſſunt pragmaticæ,
de los eſtoques, y verdugos, & aliæ plures huius Regni leges,
& pragmaticæ loquentes de armis amittendis, ſeu con-
fiſcandis. quem refert Bobad. *lib. 1. cap. 13. ſub numer. 106.*
7 addens: † *Que el cauallo condenado, por el danno que cauſo,
no ſe pierde con la ſilla, jaez, y freno, ni con la gauldrapa que te-
nia entonces, ſino en pelo, y que anſi ſe ſentencio por Alcaldes de
Corte en caſo propio.* Nihilominus tamen in quæſtione de
vaginis armorum, ipſe Bobadilla ibi diſtinguit in hunc
modum, vt ſiquidem arma condemnantur ratione ta-
men portationis, *como la eſpada, y el montante,* & tunc a-
mittuntur, vt portantur, ſcilicet, cum vaginis, quia ac-
ceſſorium ſequitur naturam principalis, & quia quando
res prohibita portari non poteſt ſine re permiſſa, illa
confiſcata, hæc etiam confiſcatur, *Bart. & Paulus in l. co-
tem ferro, ff. de public. & vectig.* Si vero condemnātur arma,
quia cum eis fuit commiſſum delictum, amittuntur, vt
cum eis admiſſum eſt delictum, hoc eſt, nuda ſine vagi-
nis: inquit tamen, quod praxis obtinet, vt indiſtincte
capiantur, & condemnentur cum armis, ſecund. Azeu.
in l. 5. n. 10. tit. 6. lib. 6. nou. collect. Reg. quamuis vaginæ non
comprehendantur ſub nomine armorum, *Tiber. Decia.
in tract. crim. 2. tom. lib. 8. c. 3. n. 57. Mas los tiros, y talabarte
de ellas, dize Bobadilla, que en ninguna manera ſe pierden, ni
deuen condenarſe.*

Illud † tamen maxime controuerſum eſt in propoſi- 8
to, *an extrahens ab his Regnis, vel in eis inferens merces vetitas,
& cum eis alias ſimul permiſſas amittat omnes, tam vetitas,
quā permiſſas?* quia ſunt duæ communes opiniones con-
trariæ, quas referunt Azeu. *in d. l. 25. n. 18. & 19.* & Boba.
vbi ſup. d. li. 4. c. 5. n. 21. vbi affirmat, illam practicari iu-
re Regni, quæ habet omnia amitti in caſibus in quibus
per ll. ponitur pœna amiſſionis omnium bonorum: *Al
que ſaca dineros, o cauallos, y otras coſas vedadas, y que anſi pro-
cedera en eſta duda la opinion de Iulio Claro, que ſe aya de aten-
der, y obſeruar la diſpoſicion de la ley, o del eſtatuto, y que Anto-
nio Peregrino tuuo lo miſmo en las coſas dezmeras, que en las ve-
dadas, y que por no manifeſtar, ni pagar el diezmo, y derechos
de ellas, el mercader, o lleuador perdera aſsi las tales mercaderi-
as dezmeras, como las otras que lleua con ellas, y que de eſto cree,
que tienen condicion los arrendadores, aunque no ſe vſa de ella,
por ſe etan rigoroſa.*

Ego vero teneo in præd. ſpecie, illam communem 9
opinionem, quod illicitæ merces tantum confiſcentur,
quæ communiter ſeruatur, vt affirmat Abb. *de ſtatut. 2.
par. q. 4. n. 5.* & ſequuntur plures relati per Bobadillam
d. l. 4. c. 5. n. 31. litera A. inter quos citat Mexiam dicen-
tem ita practicari, & eſt mitior, & tenenda *ſecund. Iul.
Clar. in practic. crim. §. fin. quæſt. 28. in 7. ſtatuto, ad fin. in
verſ. vltimo quæro,* vbi refert Alberic. dicentem ita com-
muniter ſeruari, eamque probat, plures alios citans,
Azeu. *d. l. 25. n. 19.* vbi *n. 20.* eam limitat, vt non proce-
dat, quoties lege, vel ſtatuto aliud diſponitur. Et *nu. 26.*
quoties res licite, & illicite inſeparabiles ſunt, vt fru-
mentū & aliæ merces commiſtæ, quia tunc omnes con-
fiſcantur, *ſecund. Alber. vbi ſup.* Tertio limitari poteſt præ-
dicta communis tenenda ſententia in caſibus, in quibus
per leges imponitur pœna amiſſionis omnium bono-
rum extrahenti monetam, vel equos, vel alia prohibita,
& ita practicatur iure Regio in his caſibus ſecund. Bob.
d. lib. 4. c. 5. n. 21. ibi: *Y eſta opinion.*

SVMMARIA.

1 *Pœnæ impoſitæ exportantibus frumentum, & alias res veti-
tas, nempe amiſſionis earundem rerum, plauſtrorum, bo-
um, equorum, & mulorum an locum habeant, quando
prædicta, in quibus res vetitæ exportantur, ſunt aliena,
vtpote commodata, & numeris ſequentib. diſtinguitur
num. 2. in domino commodante ſcienter, vel ignoranter:
quod ſi lex, ſtatutum, aut conſuetudo dictauerit, quod a-
nimalia cuiuſcunque confiſcentur, tunc dominus, qui i-
gnoranter commodauit ſua animalia, habebit regreſſum
contra exportantem, & ſi ille non ſit ſoluendo, datur re-
ſtitui domino ignoranti contra ſtatutum ex clauſula
generali, &c. vt in num. 3. in dubio autem ignorantia in
hoc præſumitur, & ſtabitur iuramento ipſius domini, vt
in numer. 4.*
Dominus [illegible] *vel pater extrahentis res vetitas, an teneatur ad pœ-
nā famuli, vel filij extrahentis, vel inferentis res vetitas.*
6 Duob[illegible] *us ſucceſſiue, vel ſimul extrahentibus res vetitas ſuper
eo[illegible]dem plauſtro, vel animali, quomodo teneantur ad a-
m[illegible]iſſionem animalium, & ad reliquam pœnam, & nu. 7.*
8 Exp[illegible]*rtans ſæpius res vetitas cum plauſtro, & animalibus non
[illegible]enetur, niſi ſemel.*
9 Pœ[illegible]*na vbi conſiſtit in certa ſpecie non habet locum multipli-
catio.*

10 *Delinquens ſæpius in eadem ſpecie, antea non punitus, puniri non debet, niſi vna pœna.*

QVAESTIO XLI.

1 QVÆRO † legibus huius tituli cauetur: *que no ſe ſaque pan del Andaluzia, y que ninguno de qualquier eſtado, y condicion que ſea, ſaque, ni conſienta, ni de lugar que ſe ſaque por ſus tierras pan, ni cauallos, ni ninguna de las otras coſas vedadas por las leyes para fuera de eſtos Reynos, por mar, ni por tierra, ſopena de perdimiento de todos ſus bienes, aplicados, y confiſcados para la Camara de ſu Mageſtad: y los ſennores pierdan ſus villas y lugares por donde lo paſſaren, y dieren lugar que ſe ſaque, y que los nauios, y las beſtias en que lo lleuaren, ſea todo para ſu Mageſtad*, vt in l. 25. huius tit. 18. *Y aſsi miſmo, que no ſe meta ſal en eſtos Reynos por tierra, de los Reynos, y ſennorios comarcanos a ellos, ſopena de perder la ſal que metieren, y las carretas, y bueyes, azemilas, y rozines, y aſnos, y aparejos en que la metieren, &c.* Vt in *l. 52. eiuſdem, tit. 18. hoc libr. 6. l. cotem ferro. §. ſi dominus nauis*, & ibi Bart. Paul. Caſtren. & Imol. *ff. de public. & vectig. idem Imo. in l. Mæuius. §. duobus, n. 9. ff. de leg. 2. Bald. Salyc. & alii in l. 3. C. de naut. fœno. late Bertachi. de gabell. n. 14. cum ſeqq. Boerius, deciſ. 178. Pet. Rauen. ſing. 853. Caſtil. in l. 1. Tau. in glo. en los dichos lugares, in additione fo. 18. in verſ. & nota ſuper hoc, & in verſ. ſi tamen portant. Montal in repet. legum, verbo extrahens, Auiles c. 52. Prat. in gl. en la tierra, n. 2. & 10. Iul. Cla. in pract. crim. q. 82. ſtatuto. 7. n. 9. Azeu. in d. l. 25. n. 21.* & eos referens Bobadill. *en ſu politica de Corregidores, lib. 4. c. 5. nu. 31.*

An hoc procedat, ſi prædicta, in quibus res vetitæ aſportantur, ſint aliena, vt pote commodata?

2 In † qua re Albertus Gandin. *in tractatu malef. in rub. de rebus non portan. contra deuect. nu. 2.* ita diſtinguit, vt ſi quidem dominus commodauerit ſcienter ad illum vſum, veniant in confiſcatione, ſecus ſi ignoranter, quia ignorans non delinquit, *l. maleſic. §. ſi quis ff. de action. & oblig.* & allegat ad hoc text. in argum. *in §. ſi quis in ſua, in authen. de Eccleſ. tit.* & text. *in l. cotem ferro. §. ſi dominus. ff. de public. & vectig.* vbi Bart. ita expreſſe diſtinguit, ſequitur Angelus *in l. ſi vſuras ff. de vſur. Ripa, in tractat. de remed. ad conſeru. vbert. n. 132.* dicit communem Alber. *de ſtatut. 4. p. q. 4. n. 5.* & hanc dicit ſequendam, & mitiorem Iul. Clar. *in pract. crim. §. fin. q. 82. ſtatut. 7. num. 9.* ſequuntur Mexia *in prag. taxa panis, concluſ. 9. n. 16. & n. 22.* & Azeu. *in d. l. 25. n. 18. & 19.* vbi loquuntur, etiam in re conducta, vel ſocij, & dicit communem Boerius, *deciſ. 178. num 25.* quem referunt Clarus, & Azeu. *vbi ſupr.* nec non idem ſequutus Bobadilla *in ſua politica de Corregidores, lib. 4. c. 5. n. 31.* loquens etiam in re conducta, vel commodata bona fide, vt tunc debeant reſtitui eædem res, vel verus earum valor, & *nu. 43.* inquit, *Que tambien ſe eſcuſara el compannero del que ſaco, o metio coſas vedadas, o cayo en comiſſo, y perdida de las dezmeras, por auer defraudado los derechos dellas, para que ſu parte de la hazienda, y precio de la compannia, ni ſu perſona no padezca, ſi el no fue ſabidor, o complice del delito, y que eſto no ſe preſume, ſino ſe prueua.*

3 Si † vero lex, ſtatutum, vel conſuetudo dictaret, quod animalia cuiuſcumq; confiſcentur, tunc dominus, qui ignoranter commodauit ſua animalia, habebit regreſſum contra exportantem, etſi ille non ſit ſoluendo, danda erit domino ignoranter reſtitutio in integrum aduerſus ſtatutum, ex clauſula generali; ſi qua mihi iuſta cauſſa, &c. *ita Bart. in d. §. ſi dominus, & ibi Lud. Roma. Imol. & Alex. Bertachin. de gabell. in 9. quæſt. vlt. part. & Gandi. vbi ſupr. Rip. vbi ſupr. num. 133. & 134. Mexia, in d. 1. concluſ. num. 17. Franc. de Luc. in tract. de Fiſc. 4. p. num. 11. vol. 12. tract. diuerſ. Doctorum, & Azeued. vbi ſupr. num. 22. & 23.* nec non, & Bobad. etiam *vbi ſupr.* addens, quod ſi præſente domino ſciente, & conſentiente illud fiat, illa perdet, atque præterea punietur.

4 Quod † ſi non appareat de ſcientia, vel ignorantia, in dubio ignorantia præſumitur, *vt in regula iuris*, & ſtabitur iuramento ipſius domini *ſecundum Gandi. vbi ſupr. & Platea in l. 1. C. de deſert. & occult. lib. 12. Rip. etiam vbi ſupr. num. 135. & Azeued. d. l. 25. num. 24.* vbi limitat, niſi contrarium probetur, *Tiraq. de retract. lignag. §. 4. gl. 1. num. 1. cum ſeqq.* vbi *numer. 3.* hanc dicit magis communem opinionem, & Oxeda *de incompat. beneſ. 1. part. cap. 13. num. 45. vol. 15. tract. diuerſ.* DD. quos ad hoc referunt, & ſequuntur Azeued. *vbi ſup. num. 25.* & Bobad. *num. 32.* vbi etiam ſequitur prædictam limitationem, quando contrarium probatur a Fiſcale, vel parte, quia tunc vincet ſecundum magis communem opinionem, & limitat etiam quando ignorantia eſt in facto proprio, vel quaſi proprio, vt in relata ſpecie.

Hinc † eodem modo ſecundum ipſum ibi, *num. 33.* 5 decidenda venit alia dubitatio; an dominus, vel pater extrahentis, vel inferentis res vetitas, vel decimabiles, non ſolutis iuribus, teneatur ad pœnam famuli, vel filij, qui in eo deliquit, ita vt periculo domini, vel patris res vetitæ ſint condemnandæ, nec ne? In hac enim ſpecie eadem diſtinctio ſcientiæ, vel ignorantiæ facienda eſt, vt conſtat ex Guid. Pap. *ſing. 21.* & Caſtel. *in l. 1. Taur. in glo. en los dichos lugares, fol. 18. column. 3. verſic. quaro, quid ſi dans, Auiles in c. 52. Prat. in gloſ. en la tierra, num. 3. Palat. Rub. in repetitione rubricæ de dona. inter vir. & vx. §. 30. nu. 8.* Sed ſi famulus, vel filius deliquerit in officio, in quo a domino eſt præpoſitus, & conſtitutus, vendendo in apotheca, vel exercendo aliud miniſterium, tunc famulus, vel pater, ad damna, & culpas cauſſatas & commiſſas per famulum, vel filium tenebitur, vt probat cum alijs Bobad. *dict. num. 33.*

Sed † ſi duo ſucceſſiue cum eiſdem animalibus, & ſuper eodem plauſtro exportarunt frumentum, ſi primus 6 ſoluit æſtimationem, ſecundus tenetur ad plauſtrum, cum animalibus; ſi vero primus præſtat Fiſco plauſtrum, & animalia, liberatur ſecundus, per regulam, *de duabus cauſſis lucratiuis.* Ita Bart. *in l. Mæuius. §. duobus ff. de leg. 2.* ſequitur Rip. *in tract. de remed. ad conſeru. vbert. num. 136.* vbi *num. 137.* quod hæc deciſio Bart. videtur intelligenda ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt, nempe, quia ſi animal erat alterius, tunc etiam quod primus præſtiterit æſtimationem, non videtur, quod ſecundus teneatur præſtare plauſtrum, & boues alterius, quia huiuſmodi ſtatutum debet intelligi, ſi plauſtrum, & boues ſint deferentis, ſequitur Mexia *in d. 1. concluſ. n. 23.* Quod ſubintellige, præter quam ſi dominus plauſtri, & boum fuerit ſciens, vel ſi ſtatutum loquatur in plauſtro, & animalibus cuiuſuis, & deferens ſit ſoluendo iuxta omnia ſupra dicta, & hæc quando duo, vel plures ſucceſſiue exportarunt frumentum cum eiſdem animalibus, & ſuper eodem plauſtro.

Sed † ſi plures ſimul in naui, plauſtro, vel animali ex- 7 portauerunt res vetitas, vnuſquiſque eorum ad pœnam integram tenebitur, ſed amiſſio nauis, plauſtri, aut animalis erit pro omnibus, & ſolutione vnius ceteri liberabuntur, *ſecund. Bart. vbi ſupra, in dict. §. duobus, numer. 23. ſequitur, alios allegans, Bobadilla, dict. lib. 4. cap. 5. numero 43.*

Quod † ſi vna eademque perſona cum plauſtro, & 8 animalibus ſæpius exportauerit, non tenetur, niſi ſemel, † quia vbi pœna conſiſtit in certa ſpecie, non habet lo- 9 cum multiplicatio, *l. Lucius. §. impuberem. ff. de leg. 2. l. nunquam plura ff. de priuat. delict. gloſ. in l. vulgaris, verſicul. fur erit ff. de furtis. l. inficiando. §. infans. ff. eodem. & ibi Bartol. numer. 3.* & in terminis ita tenet Bartol. *in dict. l. Mæuius. §. duobus, numer. 23. ff. de leg. 2. Ripa vbi ſupra, numer. 138. Couar. lib. 2. variar. cap. 10. numer. 8. verſ. quintum, Anton. Gom. 3. tom. var. cap. 5. numer. 9. Auiles, cap. 51. Prat. in gloſ. en la tierra, numer. 6. Plaza de delict. libr. 1. cap. 1. numer. 18. Mexia, d. concluſ. 1. pragmatica taxa panis, numer. 24. Bobadill. vbi ſupr. numer. 42.* vbi id confir- 10 mat aliis ſimilibus, † nempe: *Del que muchas vezes cazo, o peſco ſino fue ſentenciado, no pagara mas de vna pena, ni perdera mas que vna eſpada, el que con ella ſe acuchillo muchas vezes, y el ladron que por el tercero hurto, ha de ſer ahorcado, que no lo ſera, aunque hurtaſſe tres vezes antes de ſer vna ſentenciado, y el amancebado, y adultero; que aunque reytere el delito, no tiene mas de vna pena*, vt conſtat ex prædictis allegationibus.

SVMMARIA.

1 *Agricultores forenſes, an poſſint ſuam partem frumenti, quam recollegerunt in territorio exportare impune ad domum ſuam? Reſoluitur affirmatiue, & limitatur in ciue, cui agricola ſuam partem frumenti vendidiſſent.*

2 *Exteri ab his Regnis ligantur legibus Regiis prohibentibus extrahi frumentum, & alias res vetitas, & num. ſeqq.*

3 *Ciues poſſunt, quam velint legem rebus ſuis imponere.*

4 *Rex fundatam habet ſuam intentionem ad leges condendas.*

5 *Forenſes facilius excuſantur ab ſtatutis prohibitiuis extractionis frumenti, & aliarum rerum, & eorum pœnis, quam a legibus prohibitiuis iuris communis, quarum ignorantia non excuſat.*

6 *Forenſis excuſari poteſt, ſi ignorauerit ſtatutum prohibitiuum: & ignorantia eius in dubio præſumitur, vt in num. 7. niſi forenſis fuiſſet ſciens, vel in ſupina ignorantia, vt in num. 8.*

9 *Forenſes, vel exteri tenentur ſcire prohibitionem iuris communis: præter quam reſpectu pœnarum corporalium, vt in num. 19.*

11 *Leges huius Regni prohibentes extrahi ab his Regnis frumentum, equos, monetam, & alias res, an poſſint dici ius commune, ad hoc, vt forenſes ab eis, non excuſentur ratione prætenſæ ignorantiæ: an vero ius particulare ſtatutarium? & num. ſeqq. ſed prius probatur, num. 12. cum ſeqq.*

13 *Ignorantiæ allegatio non admittitur contra ea, quæ publica & notoria ſunt.*

14 *Leges huius Regni ſunt ius commune in eo, non vero municipale.*

15 *Statuta prohibentia blada, aut carnes exportari communiter ſeruatur, quod ligent forenſes.*

16 *Ignorantia legum huius Regni, ſi aliquando colorata videbitur, erit locus moderationi pœnarum, arbitrio prudentis iudicis facienda.*

17 *Leges huius Regni an ligent minores? & num. ſeqq.*

18 *Statuta pœnalia an ligent minores? & an tunc ſit neceſſario petenda reſtitutio in integrum? & num. 20.*

19 *Minores puberes, an ligentur pragmatica Regia prohibitiua, & pœnali, num. 18 & 19.*

21 *Minor 25. annis ſcienter, & doloſe contrauenions prohibitioni legum Regiarum, non iuuatur: in dubio tamen non præſumitur dolus contra minorem, & quamuis præſumeretur, reſtitueretur tamen tunc minor contra dolum præſumtum, cum ſit de præterito, vt in numer. 22.*

23 *Minor deferens res ſuas de nocte, vel per loca inſolita, vel inuſitata, & ſic doloſe cauſſa fraudandi gabellam, vel contra deuectum, non reſtituitur, ex quo videtur eſſe in dolo vero.*

24 *L. ſi ex cauſſa. § ſi commiſſum. ff. de minor. intellectus.*

25 *L. 6. tit. 7. p. 1. intellectus.*

26 *Minores deferentes negligenter res prohibitas extra Regnum, & qui non deſcribunt iumenta coram iudice, & notario. iuxta l. 13. tit. 18. lib. 6. nou. coll. Reg. iuuantur beneficio reſtitutionis in integrum, & n. 27. vbi improbatur contraria opinio, Anton. Gom.*

QVÆSTIO XLII.

QVÆRO etiam circa eaſdem leges Regias huius tit. *18. lib. 6. nou. coll. Reg.* Prohibentes extrahi ab his Regnis frumentum, & alias res vetitas, *An † his legibus ſtan-* 1 *tibus, agricultores forenſes poterunt ſuam partem frumenti, quam recollegerunt in territorio exportare impune ad domum ſuam?* Quæ quæſtio vtilis eſt admodum pro commorantibus iuxta confinia horum Regnorum in Regno Portugalliæ, Aragonis &c.

Item, *an noſtræ leges ligent exteros, & naturales minores, nec ne?* Et quoad primam quæſtionem reſpondendum eſt, quod agricultores forenſes poſſunt impune partem ſuam frumenti, quam collegerunt in territorio, exportare ad domum ſuam, quia in eis ceſſat ratio legis ſiue ſtatuti prohibitiua, quæ fuit cauſſa conſeruandæ vbertatis, quæ vbertas magis conſeruabitur, ſi ciuitas non impediat laboratores exportare ſuam portionem, quia ex hac exportatione incitantur forenſes ad colendum agrum ciuitatis, ex qua cultura maior inſurgit vbertas. Ita in ſimili ſtatuto prohibitiuo reſponderunt Philip. Corneus *conſil. 241. in cauſſa inquiſitionis col. 2. n. 7. lib. 4.* Contrarium cenſens in ciue, cui agricolæ etiam frumenti partem vendidiſſent, vt de territorio nō poſſint extrahere; & Rip. *in tractat. de remed. ad conſeruan. vbert. num. 107.* ad quem ſe refert Azeued. *in l. 25. num. 28. hoc tit. 18. lib. 6. nou. coll. Reg.* ſequitur Mexia *in pragmat. taxa panis col. 1. num. 30. in fin. & Boba. in ſu. polit. de Corregidores lib. 4. cap. 5. nu. 39. pag. 677. col. 2.* Et licet prohibitio noſtrarum ll. fortior eſſe videatur, quam ſimilis ſtatuti; nihilominus tamen eadem ratio militat in vtroque caſu, atque ideo idem ius erit ſeruandum, *argum. l. illud, cum ſimilib. ff. ad leg. Aquil.*

Quoad † ſecundum, *an præfata noſtra ll. Regia ligent, &* 2 *comprehendant exteros ab his Regnis*, reſoluendum eſt affirmatiue cum communi ſententia noſtrorum patrum, in ſimili ſtatuto loquentium, † quia ciues poſſunt, quam 3 volunt, legem rebus ſuis imponere, *l. 1. C. de contrahend. emt. l. 1. & per totum. C. quæ res export. prohib. & l. cotem ferro. ff. de pub. & vectig.* bene facit text. *in c. a nobis, de ſententia excommunicationis, & in c. 1. de conſt. in 6.* Ergo a fortiori idem erit dicendum in legibus Regiis. Rex † namque funda- 4 tam habet ſuam intentionem ad leges condendas iuxta illud, *per me Reges regnant, &c.* Et ita in terminis concludit Gandi. *in tract. malef. in rub. de rebus non portan. contra deuect. Bald. d. num. 22. Moderni in l. cunctos populos. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. Mex. conſil. 86. colum. penult. lib. 4.* eſt communis *ſecund. Rip. vbi ſupr. num. 119. & Auiles in d. c. 52. Prat. in gloſſ. en la tierra, num. 7. & ſeqq. & num. 28.* Or. *in l. de quibus, num. 139. ff. de legib. Mexia in pragm. taxa panis, concluſ. 5. num. 78. cum ſeqq. Iul. Clar. in prag. crim. § fin. q. 82. ſtatuto. 7. num. 2. & q. 85. num. 2. & 3. Franc. Becci. conſ. 60. num. 1. Azeued. in l. 1. num. 4. cum ſeq. hoc tit. 18. & Boba. in ſua polit. de Correg. lib. 4. cap. 5. num. 71.* vbi adducit pro hac communi ſentent. *l. 26. verſ. mas ſegun tit. 7. p. 1. & l. 15. tit. 1. eadem part. & ibi Gregor. & Decian. reſpon. 71. num. 2. & 3. vol. 2.* & loquitur Bobad. ibi: *Aſſi en lo que toca a las leyes deſtos Reynos, y las cedulas Reales, aſientos y condiciones, y pregones, no ſolo ſobre las ſacas y entradas de las coſas vedadas: pero tambien ſobre las dezmeras, regiſtros, y pagas de derechos dellas, y diligencias que han de hazer los paſſajeros, en las caſas, y tablas de Aduanas, y concluye con la dicha comun opinion, que obligan a los eſtrangeros, y que por la contrauencion pueden ſer de ſcaminados, y condenados, por que los eſtrangeros, y caminantes eſtan obligados a informarſe, y obſeruar la coſtumbre de puerto, y lugar a donde viuen*, iuxta gloſſ. in verb. venerit, in cap. illa autem 12. diſtinct.

Obſeruandum † tamen erit, quod ab ſtatutis prohi- 5 bitionis extractionis frumenti, & aliarum rerum, & eorum pœnis, facilius forenſis excuſabitur, quam a legibus